



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 15. De Irregularitate ex delicto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

nemo fecit. *Sily. V. Bapt. §. 6. n. 2.* Superest igitur, ut Irregularitas bigamiæ sola dispensatione auferatur. Equidem de Sum. Pontifice non dubitamus, quin ad omnem omninò illius se iurisdictione extēdat: Episcopi autem in illis, quæ specialiter ipsis conceduntur. Equidē in *c. 1. qui Clerici vel voventes.* videtur permitti, ut dispē. sent in bigamia similitudinaria cum Clerico in sacris constituto, & consequenter seu à fortiori cum Religioso professo. *Regin. l. 30. tr. 2. n. 26. Adde quod S. Th. tradit in 4. Dist. 22. q. 3. ar. 3. Sily. V. bigamia q. 7. Avila par. 7. Disp. 8. dub. 4.* Episcopum dispensare posse cū quocunq; bigamo ad ordines minores. Quid verò *Con. Tr.* circa occultam irregularitatem tribuat Episcopis, supra diximus, & legi potest *Seff. 24. c. 6. de reform. Sily. V. bigam. n. 7. Arm. n. 92. Nav. c. 27. n. 198. Fill. tr. 17. c. 4. n. 128. Laym. l. 1. tract. 5. par. 5. c. 6. n. 6. Gibalinus c. 6. q. 2. Fernand. l. c. §. 9. Suar. V. Disp. 41. Sect. 2. n. 4. & Disp. 49. Sect. 7. Franc. Leo in thesaur. Eccl. c. 41. n. 57.* Ubi etiam reperies formulam absolvendi.

§. XV.

De Irregularitatibus ex delicto.

**H**ujus generis *Valentia IV. Disp. 7. q. 19. pun. 3. ex Nav. c. 27. n. 192.* quinque numerat, videlicet I. Baptisma iterare. 2. suscipere, aut exercere indebito modo sacros ordines. 3. violare censuras. 4. crimen enorme, ac notorium. 5. deformare aliquem mutilando, vel occidendo. *Reginald. l. 30. tract. 2. num. 7.* hæresin addit, atque ita sex species facit. De his eodem servato ordine deinceps acturi, à Baptismi abusu ordiamur.

De iterato Baptismo.

**I.** Rebaptizans aliquem, & minister ipse irregularis efficitur, ita ut nullum ex superioribus ordinibus obtinere queat. Ita communiter DD. de ministrante specialiter extat textus expressus in *c. ex literarum de apostatis.* Unde sequitur, multò magis rebaptizantem irregularem fieri. Quod etiam usus legum fides interpres contestatur. *Navar. c. 27. n. 246. Avila par. 7. Disp. 7. dub. 1. Henric. l. 2. c. 31. n. 1. Suar. III. D. 31. Sect. 6. Coninck Disp. 18. dub. 4. n. 35. Toletus l. 1. c. 70. n. 5.* Similiter irregularis fit ipse rebaptizatus. *c. Afios Dist. 98. & c. qui in qual. l. q. 7. & c. eos, quos de consecr. dist. 4.* Sed an ignorantia excuset, ambigitur? Excusare eum, qui ignorantia probabili & invincibili secundò baptismum recipit, magis recepta opinio est *Scoti in 4. dist. 6. q. 8. Soto eod. dist. 3. q. un. ar. 9. Cov. Clem. si furiosus par. 1. n. 8. Nav. lo. cit. Avila l. cit. Disp. 7. dub. 2. Suar. Disp. 31. l. cit. & de Censuris Disp. 42. Sect. 1. Tolet. l. 1. cita Em. Sa. V. Irreg. ex Bapt. n. 1. Laym. l. 1. tr. 5. par. 5. c. 2. sumitur ex c. placuit & c. qui apud 1. q. 4. ubi decernitur, parvulos ab hæreticis baptizatos, cum ad Ecclesiam Dei reversi fuerint, ordines accipere posse. Neque obstat Canon *qui bis de consecr. Dist. 4. qui bis ignoranter baptizatos negat extra magnam necessitatem ordinari posse.* Quia ut Covarr. notavit, sumptus est ex Pœnitentiario Theodori, & idcirco non potest auctoritatem legis habere. *Fill. tract. 2. c. 4. num. 92.**

II. Qui baptismum ab hæretico recipit, nec per necessitatem vel ignorantiam excusatur, irregularis est. *c. placuit cit.*

*Tolet. l. 1. c. 70. num. 8.* Qui verò in morbo propter periculum mortis baptizatus est: p̄sbyter ordinari non debet. *c. un. Dist. 57.* Ubi causa additur. Quia fides ipsius (*Nota presumptionem iuris*) non voluntaria, sed ex necessitate est: nisi fortè postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit. Idem dicendum est de illis, qui ob vim, metum, aliamve similem necessitatem, Baptismum expetunt, & accipiunt, cum non minor in his, quam in timore mortis coactio sit. *Magplus l. 3. c. 10. Laym. l. 1. tract. 5. part. 5. c. 2. num. 3.* Idem de Neophyto dicendum juxta Apostoli doctrinam *1 ad Timo. 3.* & Canonem *Apostolorum 79.* Eum, qui ex vita gentili accesserit, & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æquum protinus Episcopum (*seu presbyterum ex Cano. 2. Concil. Nicani*) fieri. Iniquum est enim, ut qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister. Quod etiam ad Diaconos extendit *Concil. Sardicense Oecumenicum auctore Ofio Can. 13.* Et universè de sacris ordinibus, adeoque statu Clericali intellexit *Greg. 1. l. 4. epist. 50. ad Virgilium Episcopum Arelatens.* Neque enim recens initiati ea fidei constantia, rerumque sacerarum, ut par est, notitia instructi esse solent. Non desunt, qui eandem irregularitatem contrahi ex aliis quoque Sacramentis characterem imprimantibus arbitrentur, quasi consequentia à Baptismo ad confirmationem valeat. Verùm major DD. & me quidem Judice, sanior oppositum tenet, eò quòd in jure non expressum sit, nisi de Baptismo, quod argumentum in hac materia planè solidum est. *Castr. de lege pœn. c. 7. docum. 3. Cov.*

*Clem. si furiosus par. 1. n. 8. Henric. l. 14. c. 7. n. 5. Avila par. 7. Dist. 7. dub. 5. Suar. D. 42. Sess. 2. & Sess. 3. n. 6. Gribalinus c. 5. Propos. 2. dub. 1. p. 314. Laym. l. 1. tr. 5. par. 5. c. 2.* Idem judicium esto de Sacramento ordinis, cuius iteratio dolo aut errore facta nullam inducit irregularitatem ob ratione paulò antè indicatam, quia mutum de illa in Jure silentium est. *V. Gibalin. l. cit.* Contingit autem ex alio capite irregularitas in susceptione, & executione ordinum, ut mox dicetur.

*De irregularitate ex abusu ordinum.*

I. **Q**ui ordinem recipit ab Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto, vel aliter impedito, aut prohibito, etsi non petmittatur, ordinem susceptum exercere, non est tamen propriè loquendo irregularis, quia nullo jure hoc expressum est, adeoque impedimentum illud non est Canonicum, uti irregularitatis definitio requirit. Quid ergò est, inquit, vel suspensio, vel pœna simplex aut prohibitio. Denique impedimentum, quod al qui latius accipiendo nomen, irregularitatem vocant. Dico suspensionem esse aliquando, in iis scilicet, qui scientes volentes ab Episcopo excommunicato, vel aliter impedito ordinantur: in illis verò qui idem ex ignorantia inculpabili agunt, est simplex prohibitio, vel impedimentum, quod absque delicto acquiri posse extra cõtroversiam est. Unde sequitur, in taliter accepto ordine ministrantem non fieri irregularem. Licet enim post scientiã erroris, & impedimenti sui, propter Ecclesiæ prohibitionem abstinere debeat, non incurrit tamen non abstinendo irregularitatem, quia nullam Censuram

Censuram violat. Quod etiam contingit in illo, qui vi, aut metu gravi ab episcopo ad ordines compellitur. Neque enim suspensionem incurrit, cum absque peccato suo ordinatus sit: non potest tamen exequi ordinem susceptum, odio episcopi malignitatis. Ecclesia sic præcipiente, donec legitime probarit magistratui ecclesiastico, quomodo vim & iniuriam passus sit. *Silv. V. Irregularitas. num. 9. Navar. c. 27. num. 244.*

II. De illis, qui ab episcopo, qui loco simul & dignitati suæ renunciavit, non nulla difficultas est ex *c. uu. de ordinatis ab episcopo qui renunciavit*. A tali enim, si scienter quis ordinem receperit, quia indignum se fecit, executionem officij non habebit. Ita textus, ex quo irregularitè pronunciant. *Silv. V. Irregularitas. n. 8. Angel. cod. num. 31. Sebast. Med. in Sum. tit. 9. q. 35. §. 6. Tolet. l. 1. c. 71. n. 2. Henriq. l. 14. c. 6. n. 6. Navar. c. 25. n. 241. Armilla. n. 31. Tabiena. §. 5. Em. Roderic. in Sum. Par. 2 c. 14. concl. nit. Reginald. l. 30. num. 27. Sayr. l. 7. c. 10. n. 27. Vgoliv. c. 40. n. 3 & ante omnes Speculator in tit. de dispensationib. Nam, inquit, verba illa executionem officij non habebunt, omnimodam privationem significant, quæ non per suspensionem, sed irregularitatem infertur: nec suspensus carere dicitur executione, sed tantum impediri, ne exequatur officium ordinis. Itè Pontifex dispensationis meminit, quam episcopus taliter ordinato impertiri queat. Cum suspensus autem non solet dispensari, seu absoluitur.*

Verùm his minimè obstantibus dicendum est in *c. cit.* eum cui post resignationem suam Episcopus ordinem contulit, non irregularem, sed suspensum esse,

quod patet exinde. *Primò*, quia pœna in *c. cit.* constituta, non privat, nisi illius, quem à tali episcopo receperit, ordinis usum: cum Irregularitas ad omnes se extendat. *Secundò*, quod contrariæ sententiæ Auctores opponunt, executionem officij nõ posse ad suspensionem pertinere, gratis dicitur. Nam qui suspensus est ab usu officij sui, vel ordinis, optimè dicitur officij sui nullam executionem habere: imò potius de suspensione, quàm irregularitate, quia tantum privat executione, vel usu ordinis, cum irregularitas primò, & per se ipsã susceptione impedire nitatur. *Panor. in c. cit. n. 6. Az. 111. l. 3 c. 48. p. 13. Suarez. D. 31. Sect. 1. n. 7. Alterius Disp. 9. de suspens. c. 1. Bonac. de suspension. in particulari q. 1. pun 9 n. 13. Fillut. Tr. 17. n. 76. Vroian. in Rationali ad c. cit. Gibalinus. c. 5. pag. 317. Barb. de potest. Episc. allegat. 48. & in c. cit.*

III. Eum, qui eodem die plures ordines maiores suscipit, aut cum minoribus ordinibus Subdiaconatum, non irregularem, sed suspensum esse *Gibalinus* ex *l. 1. mar. p. 323* sed parum stabili fundamento nixus, quod sibi videatur ex *c. 2. §. 1. de eo, qui furtivè ordinem suscepit*, nihil aliud colligi, quàm suspensionem, cum ita ordinatus tantum prohibeatur ministrare, non verò, quod non possit ulterius promoveri. Verùm qui attentius legit. *c. 2. illustriuli*, videbit etiam loqui de prohibitione susceptionis ordinum. Mandamus, quatenus eum in minoribus tantum ordinibus celebrare permittas: si verò domum religionis intraverit. Abbas in aliis poterit ordinibus dispensare. Vbi *Avila teste* secundum communem interpretationem sermo est de dispensatione ad sus-

ad suscipiendos reliquos ordines: quæ expositio legitima videtur. *Angel. V. Irregularitas. §. 1. n. 23. Silv. eod. q. 3. Navar. c. 27. nu. 241. Avila par. 7. Disp. 9. Sect. 1. dub. 4. concl. 2. Antonin. Par. 3. Tr. 14. c. 16. §. 17. Sayrus l. 7. c. 10. n. 22. Toletus l. 1. c. 71. n. 16. Valentia 4. Disp. 7. q. 19. p. 1841.*

IV. Qui ignorante episcopo, per dolum se ordinâdis ingerit, & sic ordinatur, irregularitatē contrahit, ita ut Superiorem ordinem suscipere non possit. Episcopus tamen cum eo dispensare potest, nisi prius sub excommunicatione talem fraudem prohibuerit. Si autem reus aliquam religionem ingressus fuerit, & aliquamdiu laudabiliter vixerit, dispensare cum illo ad Superiores ordines Prælato permittitur. *c. 2. de eo, qui furtove & c.* Similiter irregularis fit, qui per saltum ordinatur accipiendo maiorem ordinem ante minorem. Episcopus tamen poterit concedere usum aliorum prius susceptorum: Item ut prætermissum suscipiat, & eo atque altero maiore iam accepto utatur. Si autem ante dispensationem malè accepto usus fuerit, solus Pontifex dispensabit. *Valeat. l. cit.*

V. Hactenus de susceptione ordinum. Usus quod attinet, si quis clericus ordinem exerceat, eiusque proprias actiones, quo destitutus est, continuò irregularis efficitur, dummodò id serio, solenniter, & cum lethali peccato faciat. *c. 1. de cler. non ordinato. Palud. in 4. dist. 74. q. 4. Antonin. par. 3. tit. 28. c. 1. §. 1. Silv. V. Irregularitas n. 14. Angel. nu. 38. Nav. c. 27. nu. 242. Henrig. l. 14. c. 6. Avila Par. 7. Disp. 9. §. 2. dub. 13. Sayrus l. 7. c. 10. Tolet. l. 1. c. 72. E-man. Sa V. Irregularitas ex usu Ord. nu. 5. Laym. l. 1. Tr. 5. par. 5. c. 3. n. 2. Vbi amplius*

quaritur, an liceat clericos in minoribus constitutos tanquam cantores adhibere superpelliceo, vel dalmatica indutos ad cantandam epistolam vel evangelium, aut passionem Domini? Non esse illicitum per se, consuetudo multis locis recepta etiam apud Regulares, demonstrat. Solent enim in defectu Subdiaconorum, & Diaconorum adhiberi ad canendum in superpellicio omissio manipulo, & stola. Vbi ergò talis consuetudo invaluit non est timenda irregularitas. *V. Tolet. l. cit. Anton. & Silvest. in l. cit.*

NOTA. I. Qui prædicto modo actum ordinis, quem non habet, temetè exerceat, præter irregularitatem, pœna falsi tenetur, sicuti qui non habens dignitatem, mentitur se habere, vel non sibi debitis insignibus atitur. *l. eos ff. ad l. Cornel. de falso V. Dispensatio. q. 10.*

2. Episcopum cum tali clerico dispensare posse, ut post biennium vel triennium in ordine ante suscepto administrat. *V. Laym. l. cit.*

VI. Laicum non fieri irregularem, quamvis actum ordinis sacri proprium solenniter exerceat, V. g. baptizando cum solennitate audiendo confessiones, & similibus. *Covar. in Clement. par. 1. §. 1. n. 1. Angel. V. Irregularitas l. nu. 38. Rosellam num. 2. Sayrus l. 7. c. 10. Henrig. l. 2. c. 29. Armillam V. Irregularitas. nu. 65. tradit Laym. l. cit. num. 3. Ratio est, quia secundum Canones, qui ministrat in ordine, quem non habet, deponendus est, & nunquam ordinandus: qui modus loquendi tantum clericis convenit. Verum quid momenti sit in tali argumentatione, non video. Non nominantur laici, & depositio in pœnam ordinatur clericis, quia de his*

solis agebatur, & quia in clericis, quod etiam Layman faceret, abusus ille frequentior est. Præterea laicos etiam comprehendendi manifesta ratio suadet. Nam si indecens & vitiosus est, à clerico non habente ordinem Sacerdotij Baptismum conferre solenniter, id si à laico fiat, multò indecentius, & vitiosius est, nec minori pœna vindicandum. *Sotus in 4 dist. 18. q. 4. ar. 1. Valent. Disp. 7. q. 10. ar. 1. Suar. 3. par. tom 3. D. 31. Sect. 4. Gibalinnus pag. 327.*

*De Irregularitate ex violatione censurarum.*

I. Clericus, qui lethaliter peccando violat Censuram aliquam, per actum solennem Ordinis sibi per Censuram, qua ligatus est, prohibiti, irregularis efficitur. Ita communiter DD. *lex 10. tit. de clerico excommunic. ministrat. Item c. 1. c. 1. qui c. o. scus. de sent. excomm. in 6.* Nec difficile fuerit per inductionem ostendere. Ac primò quidem de excommunicatione maiori in *c. Si quis episcopus. pr. 11. q. 3.* episcopus, presbyter, aut Diaconus, qui post excommunicationem præsumperit oblationem, aut Sacrificium facere, sicut prius, non potest in alio Concilio (sem reconciliationis habere. Hæc autem pœna nec statim est Irregularitatis. Censura enim nulla irremissibilis, & perpetua est. Idem de suspensione dicendum, si *Glo. in c. 1. de sent. excomm. in 6.* bene observavit ex antiquis Canonibus solum excommunicatum, qui ministraret in Sacris ordinibus, fuisse irregularem, eamque pœnam deinde ad suspensionem fuisse extensam in *c. 1. de sent. &*

*re iud. c. is qui. & c. is cui. de sent. excomm. in 6.* Igitur suspensi quoque actuum prohibitorum usu irregularitatem contrahunt. Iam de interdicto communis DD. sensus est, siue locale fuerit, siue personale, quando violatur, irregularitatem patere. Exemplum habes in *c. is cui cit.* ubi illi, cui interdictus est ingressus in ecclesiam, etiam divinorum celebratio prohibetur. Et procedunt hæc, siue causam interdicti quis dederit, siue non.

II. Quia ad prædictam Irregularitatem non quælibet, sed gravis culpa requiritur, ne pro levi non levis ultio reddatur, consequitur etiam, ut per ignorantiam non crassam, & affectatam, sed probabilem excusetur. *c. Apostolica de Cler. excomm. ministr.* ubi Gregor. IX. Canonici Pragensibus scribit. *Qui tempore suspensionis ignari celebrastis divina, vos reddite ignorantia probabilis excusatos.* Item quia requiritur actus solennis & ordini proprius, clericus in minoribus constitutus, aut nunquam in eiusmodi irregularitatem incidit, quis ministeria illorum non ita censentur propria, & solennia, quin à laicis etiam solenniter peragantur, uti Antonin. notat *Par. 3. tit. 17. c. 1. §. 1. Sotus in 4. dist. 22. q. 3. ar. 1. Henric. l. 14. c. 7. num. 1. Savusl. 7. c. 9. num. 4. Avila Par. 7. D. 9. Sect. 2. dub. 13. Adid. Abb. in c. ult. de excess. Pralat. num. 5.* quem iuniores sequuntur, clericum censuram ligatum non fieri irregularem, si in ecclesia lectiones, & responsoria caneret, dummodò Officiatorem non agat, dicendo collectam præmissa. *Dominus vobiscum.* Idem de lectione horarum dicendum est, & à potiori, cum

cum ab illa non eximatur per censuram. Imo in choro cantare poterit, sed non ut subdomadarius, & cum aliqua solennitate. *Tolet. l. 1. c. 7. n. 6.*

III. Cui clericus minori excommunicatione ligatus est, nullam irregularitatem incurrit, quamvis celebret. *c. si celebret. de cler. excom. ministr.* Nam minor excommunicatio non extendit se ad privationem usus activi Sacramentorum, quemadmodum ex definitione ipsius liquet, apud *Toletum l. 1. c. 5. & Armillam V. Excommunicatio num. 4. V. qua diximus supra, §. 11. num. 11. & Gibalinum pag. 341. ubi insuper monet, eum, qui suspensus est à perceptione Sacramentorum, cum ea suspensio æquivalet excommunicationi minori, & sit poena communis laicis, violenterque absque officii divini aut ordinis alicuius exercitio, nullam incurtere irregularitatem. *Innoc. Ostiens Panorm. & alii relati à Sayro l. 4. c. 7. n. 8.**

IV. Si excommunicatus ordines suscipiat, irregularitatem incurrit iuxta opinionem. *Panorm. in c. 1. de eo, qui furtivè ord. suscipit. nu. 3. Antonin in 3. par. tr. 24. c. 76. Nav. c. 27. nu. 241. Maiol. l. 4. c. 34. Avila Par. 7. Disp. 9. Sect. 1. dub. 6. Concl. 2. quibus etiam adheret. *Silvest. Tabiena & alii.* Fundamentum illorum est, quia Censura ordinum receptionem ita impedit, ut recipientem reddat inhabilem, qui ad superiores promoveatur, & prohibet exercitium iam suscepti cum Censura. Nihilominus probabilior censeo opinionem illorum, qui apud *Gibalinum pag. 342.* prædictam poenam à jure decretam suscipientibus ordinem cum aliqua censura non esse propriè dictam irregularitatem, sed suspensionem potius; cum prohibeat*

usum ordinis taliter suscepti, qui est proprius effectus suspensionis. *Covar. in c. Alma mater. l. par. §. 6. nu. 6. Suar. D. 31. Sect. 1. num. 57. Navar. in c. Consideret. Cantus. de panit. dist. 5. Addit Gibalinus Confectario III. pag. 343. neque suspensum ab ordine aliquo irregularem fieri, si ad Superiorem ordinem promoveatur, quia in susceptione ordinis Superioris non intervenit necessariò administratio aliqua ordinis inferioris à quo suspensus est. *Sayrus l. 4. c. 16. n. 22. Zerola Par. 2. V. Irregularitas. Dub. 2. Sorbo in Compend. Privileg. V. Ordinis sacri. Laym. l. 1. tr. 5. c. 5.**

V. Dubium est non vulgare, an si Episcopus excommunicatus adeoque vitandus, vel interdictus autoritative coram se faciat divina celebrari, irregularitatem contrahat? *Affirmat Glossa in Clement. Archiepiscopo. de privilegiis. V. celebrari Panorm. in c. de clerico excom. ministrante nu. 8. cui subscribunt alii Canonista, & Summissa, quot refert Sayrus l. 2. c. 15. nu. 5. & l. 7. c. 10. n. 18. Avila Par. 7. Disp. 9. Sect. 2. dub. 6. Laym l. cit. c. 3. n. 4.* Verum ex recentioribus aliqui cum *Coninck Disp. 18. dub. 6. Suario Disp. 34. Sect. 4. Gibalino pag. 357.* annotarunt prædictam opinionem sola DD. auctoritate, niti, nec ullum juris apicem reperi, qui talem episcopum damnet irregularitatis. Deseri ergo impune poterit.

*De irregularitate ex crimine enormi  
& notorio.*

I. QVædam peccata, ut ex dictis liquet, per se iuxta Canonum dispositionem irregularitatem adferunt; alia non

non nisi ratione infamiae annexae, quae facit, ut indecens videatur, reos illorum ad sacros ordines admittere. Primi generis sunt quinque haec. 1. Iteratio baptismi illicito modo facta. 2. susceptio ordinum post contractum matrimonium. 3. Vfus ordinum sacrorum clerico prohibitus. 4. Violatio Censurae in alicuius ordinis exercitio. 5. Homicidium.

Secundi generis quae sunt, ut intelligamus, & exponamus, recolenda sunt, quae supra in §. 7. de infamia diximus: videlicet duplicem esse iuris, & facti. Ad illam, ut perfecta & completa sit, requiritur sententia definitiva ex communi DD. sensu. Imò ex iure Canonico necessarius est processus per viam accusationis, & non inquisitionis tantum. *Panorm. in c. Inquisitionis de accus. num. 2.* Facti infamia absque processu iudiciali nascitur, non tamè absque adminiculo iuris, seu lege ita sanciente.

His positis, ut compendiosè agamus, dico, A nulla infamia, praeterquam legati Canonica, quae iuris vel facti sit, quinquam reddi irregularem: quod inductio ne probari potest. Nam quicumque vel per sententiam iudicis definitivam infamis declaratus est, vel crimen commisit, cui iure Canonico annexa infamia est, indubitato pro irregulari habetur. *c. infames. 6. q. 1. c. Qui in aliquo dist. 51.*

II. Unde consequitur infamiam popularem, quae oritur ex quolibet peccato mortali publico prohibere quidem ordinum susceptionem quamdiu durat non tamen inducere, loquendo proprie, irregularitatem.

Ratio est, quia per poenitentiam, & emendationem tollitur, quod non fieret, si esset proprie dicta irregularitas. Pro hac

enim tollenda dispensatione opus est. Nec impedit usum ordinis, postquam susceptus ordo est. Nullibi enim reperire est talem in iure prohibitionem, nisi quod per accidens ratione scandali abstinere debent ab administratione. *c. ult. de tempor. ordin. Prepos. in 3. p. q. 5. de irregul. n. 52. Bonac. disp. 7. q. 3. pun. 1. n. 5. Coninck disp. 18. n. 37.*

Est etiam notatu dignum, quod decreta omnia de eiusmodi fama populari denigratis non ad id ipsos, sed ad Praelates diriguntur, ut ii ab ordinum collatione abstineant, & ordinatos ministrare non permittant, donec publicae famae satisfactum sit.

DICES. Qui populari infamia laborat etiam Legati & Canonica laborat. Canones enim in hoc saeculi forum, & leges recipiunt, ut supra §. 7. n. 4. diximus. ergo simpliciter irregularis est. *c. Infames 6. q. 1. c. Qui in aliquo dist. 51. c. constituimus. 3. q. 5. c. testimonium. de testib. c. Omnipotens. de accus. Gloss. ibid. & communiter Doctores.*

Ita sentiet, & loquetur, quicumque citatos Canones, & veterum Canonistarum opinionem seu persuasionem attendit. Sed iuniores aliqui rem accuratius examinantes non proprie dictam irregularitatem in citatis iuribus contineri existimant, sed simplicem prohibitionem. Irregularitatem enim nulla emendatio tollit, sed dispensatione opus est. E contra per poenitentiam & emendationem infamia popularis tollitur, quemadmodum ex *Panorm. in c. diligenti de Simon. & Silv. n. 7. Laym. l. v. tr. 5. part. 5. c. 4. n. 10. diximus supra. 7. q. 7. Nam ut S. Greg. ait. l. 18. Moral. c. 16. Non debet despici in eo, quod fuit, qui iam incepit esse quod non fuit, & ad meliora conversum nequaquam prior vita com-*



maculat. *c. Nunquam dist. 56.* Nisi forte dixeris, per ementationem vite non tolli directe & immediatè irregularitatem, sed infamiam, quâ sublatâ ut fundamentum pereat etiam irregularitas. Verum in re ipsa fortassis non magna differentia est, & modus loquendi non idem in eodem. Certe nihil incommodi metuendum videtur ex utralibet opinione: cum utraque pari conatu taliter infames ab omni accessu ad ordines, & munia Ecclesia removeat, idque unicum ecclesia in allegatis supra juribus intendere videtur.

*De Irregularitate ex homicidio.*

**Q**Uæ à nonnullis hic de sacrilegiis, sacrilegio, & similibus minate tractantur, eò facilius prætereo, quoniam in nostrâ gente nec usus illorum frequens est nec notitia multum necessaria. De homicidio autem, quæ accuratius tractentur non pauca & illustria sunt. Supponendum vero triplex homicidium distingui. Voluntarium, non voluntarium, & necessarium. Voluntarium subdivido in iustum, & non iustum. Ex iusto nata irregularitas defectu lenitatis evenire dicitur.

*De homicidio voluntario iniusto.*

**I.** **Q**Uicumque prævideret ex actione suâ necessariò securum esse occisionem hominis, fidelis vel infidelis, baptizati aut non baptizati, morte secuta irregularis est. *c. 1. c. sicut dignum. De homic. Cor. Tr. sess. 14. c. 7. de ref. Dico actione suâ, externâ scilicet, & in genere*

suo completâ. Deinde *necessario securum occisionem*, ut excludatur eventualis, de de quâ alibi. Non interest autem, continuo nec longo intervallo post, mortem sequi, ut in veneno præbitio evenire potest. Addidi *fidelis, vel infidelis* quia licet in agente fides supponatur, alias censura non erit capax: in patiente non requiritur; quando fidelium & infidelium injusta occisio pariter à jure prohibetur. Denique *secutâ morte*, ut intelligas contum solâ non sufficere hic, quâvis in alijs multis ad penam sufficiat, uti diximus, *supra §. 2. & accurate explanat bigas de crim. las. mai. 2. 67.* Igitur nisi in jure Canonico exprimat, nemo penam aut irregularitatem solâ attentione incurrit, expressi exemplum habes in *c. 1. de homic. in 6.* ubi mandantes aliquem occidi, licet ex eo mors non sequatur, excommunicationem, & privationem omnium beneficiorum, & officiorum incurunt ipso facto, quod etiam extenditur ad eos, qui receperint occisores, defendentes, & occultantes. *S. Tho. 1. 2. q. 20. ar. 5. ad 4. solol. 5. q. 1. ar. 4. silu. 1. Homicidium 3. n. 2. armilla 1. irregularitas n. 2. nav. 1. 27. n. 223. suar. disp. 44. sect. 1. & 2. avila Par. 7. d. 6. sect. 2. sess. c. 9. d. 15. filius. tract. 20. c. 1. 3. & seq.*

**II.** Ad eandem irregularitatem sufficit mutilatio, non inchoata, sed perfecta, non quod sub nomine homicidij continetur quasi ejusdem speciei sit, sed quia peculiariter à jure eadem illi pena constituta est: *c. in Archiepiscopatu. De raptorib. clem. un. de homic.* ubi excusatur ab irregularitate furiosus insans, & dormiens, si hominem mutilet, vel occidat. Vnde ex contrario sensu; si non furiosus, adul-

ens, & vigilans hominem mutilet, vel occidat, irregularem, fore, colligitur à Doctoribus.

Porro mutilare est, non debilitare membrum, sed illo privare hominea. Membrum verò censetur illa corporis pars, quæ moraliter loquendo censetur habere distinctum per se officium in huiusmano corpore, ut oculus, auris, manus pes. *Covar. in clem. si fario sus. n. 8. nau. c. 27. n. 206.*

Digitus igitur non est membrum, nec illius abscissio ad irregularitatem sufficit. Excipi possunt priores, quorum usus in administratione. Eucharistie necessarius. *Bo. Ric. Tom. 1. q. 24. ar. 1. silu. v. Homicidium §. 1. Em. sa. v. Ex. deform. licita. n. 3.* Amplius in eos qui seipsum mutilat. Nam quando mutilando alium quis irregularis fieret, fiet etiam mutilando seipsum. Idque dupliciter active, & passive. active, quia seipsum deformat, passive, quia fit inhabilis ad sacrum ministerium. Imò minor in proprio, quam alieno corpore mutilatio sufficit, ut si tibi ipsi partem cuiuscunque digiti volens abscideris *c. 6. dist. 55. ubi ex Conc. Tribur. dicitur.* Qui partem digiti cuiuscunque sibi ipsi volens absciderit, hanc ad clerum canones non admittunt.

*Amplia 2.* in eo, qui abortum procurat, factu animato. Vere enim hominem occidit, ut germani sensu DD. lumunt *ex c. Quid verò, c. Moyses, 32. q. 2. c. sicut ex literarum De homic. & aliis, quæ glo. citat in c. si aliquis eod. A. sextum v. mato proprio* extendit ad casum, quo fœtus nondum animatus est: ad eos quoque, qui poculitate sterilitatis feminis propinant, dummodo effectus sequatur. Sed à greg. *XIV. ca.*

constitutio revocata & ad terminos juris communis reducta est *suarez. disp. 44. sect. 2. avila par. 4. navar c. 27. 222. Chapeville de cas. reserv. p. 286.*

3. Si eadem mandans idem facis occidenti, cæde ab alio facta mandator homicida, & irregularis est *c. ult. de homic. in. 6. vbi dicitur.* qui tantum verbera mandarat, quia mors à mandatario illata fuit. Debit æstimare nimirum, mensuram verborum periculosam esse.

Limita, si mandatum revocavit, idque sciens executor suo arbitrio peragit cædè. Etenim mandati vis tota à mandantis pèdet voluntate, qua mutata, perit. Potest autem, imò tenetur, qui mandarat, si nò ex iustitia, charitate saltem monere occidendum, ut sibi de periculo caveat.

Neque obstat, si iure civili, ut menoch tradit *casu 352. n. 8.* etiam revocato mandato pœnà saltem extraordinaria plectitur mandans, quia in pœnis ecclesiasticis, præsertim irregularitate ecclesia consummatum effectum requiret. *Barb. in c. 15. qui n. 7.*

Ponamus, inquis, non esse acceptatum primò mandatum, sed aliquanto tempore post, an reus manet, qui mandavit? manere certa sententia est, quoniam mandati virtus ad movendum, quamdiu non revocatur: perstat, & ad flagitium incitat. Effectus igitur consecutus mandanti imputabitur, nisi revocavit explicite aut implicite, redeundo ex. gr. in amicitiam eius quem perditum volebat. *Avila par. 7. disp. 6. dub. 4. Fill. Tr. 20. c. 1. n. 29.*

Consulenti idem iudicium n. esto, si ve totalis, si ve partialis causa fuerit nam ut *Dist. 1. c. 23.* Depœnit dicitur, perniciose decipiunt se, qui existimant eos tantum homi-

homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium fraudem, & exhortationē homines extinguuntur. Idem pluribus confirmat *glossa in c. sicut dignum. de homic. §. vlt. vers. Et illos qui consilium dederunt.*

*Limita.* si executor non consilio, sed alio motivo ad flagitium inductus est. sic enim homicidium non consilij, sed alterius causae effectus erit. *Ostiens in c. Ad audientiam de Simon n. 67. abb. 4. Fel. in c. 1. de off. deleg. & alii DD. communiter.*

Potest consulere est allatis rationibus, & argumentis suadere propositum, quod duobus modis contingit, directe & indirecte. Directe per argumenta ut diximus, indirecte per ambages seu tropum, ut si dicas amico iniuriam passio, vide, ne domum redeas, nisi cum eo, qui iniuriam intulit, novi aliquid effeceris, intelligendo occisionem illius, Et hunc modum sufficere ad irregularitatem, ex eo patet, quia non minus movet ad eandem, quam consilium directum: *c. ex literis. de excess. Pralati. ubi Rubrica.* Clericus auctoritate, vel consilium directe vel indirecte homicidio praestans irregularis efficitur.

*Limita.* Nisi retractarit consilium, & ubi oportuit, alium de periculo monuit. Sic enim, quod ad impediendum homicidium potuit, praestitit. Nec aliqua hic opus distinctione est.

Quid si, inquis, non inimicus ad eandem electus, sed executor occidatur? irregularis erit mandans, aut consulens, Quamvis enim non faciat ipsi iniuriam, utpote volenti, actio tamen per se mala est, per quam mortis periculo illum temere exponit; adeoque auctor est perditionis.

Merito proinde poenam homicidio irregularitatis constitutam feret. *Mol. Tr. 3. disp. 32. n. 2. Tarr. l. 7. c. 3. n. 3. Fill. c. 2. n. 35.* Contrariam opinionem cum alius a se citatis sequitur *Gibalinus c. 4. Confess. 7.* Rahabitio homicidii non mandati, aut consulti per se neminem facit irregularem. Patet ex *Reg. 9. de reg. iur. in 6.* Ratum quis habere non potest, quod ipse nomine non est gestum. In cuius expositione pluribus exemplis ostendi, eum, qui alterius delictum a se non manatum ratum habet, peccati quidem se reum facere, nullam tamen obligationem civilem contrahere.

*Dixi per se aut vi sua.* Quia iuris dispositione contrariam fieri potest. Sic ex *c. Cum quis desent. excom.* In ratum habentes percussione clericum excommunicatio extenditur. Idem in *c. Felicitis de pen. in 6. de percussione Cardinalis & Clem. 1. de pen. de episcopi percussione statuitur. In alijs eadem extensio ex causa fieri potest: sed facta esse ex decretis sumenda probatio est. *Angel. v. Homicidium §. 2. n. 6. Taberna v. irregularitas 2. n. 7. Villadiego c. 6. n. 25. Henric. l. 4. c. 16. n. 2. glo. in c. si quis vidu. am dist. 50. Avila Par. 7. d. 6. pag. 376. Regin. l. 1. n. 218. Tol. l. 1. c. 87. n. 7. Barbi. in c. isqui de homic. n. 10. Filtus. Tract. 20. c. 3. n. 40. Bonac. tom. 1. p. 496. n. 42 & alii plures apud Gibalinum. c. 4. Confessorius & Comit. l. 6. q. 63.**

VI. Quod cooperatores attinet, quicumque auxilium praebet homicidio, irregularis declaratur in *c. Sicut dignum §. illi de homic.* Vbi legitur constare ab homicidii reatu immunes non esse qui occisio-

ribus.

ribus opem contra alios prestare venerunt, si immunes non sunt, rei sunt: Si rei, irregulares: Verum in modo cooperandi non modica varietas, & ex varietate difficultas est. Pro resolutione dico,

*Primo.* Quando plures communi consilio aggrediuntur hominem, & occidunt omnes irregularitatem contrahunt. omnes enim vel physice, vel moraliter homicidium peragunt. *c. significasti de homicidio Covar. in Clem. si furiosus Par. 2. §. 2. Henric. l. 14. c. 14 §. 2. Molina disp. 33. memb. 1. & 7. Avila par. 7. disp. 6. Sect. 3. dub. 3. Concl. 1. Suarez disp. 44. Sect. 3. n. 31. Reginald. l. 30. Tr. 2. n. 160.*

*Secundo.* Cum rixa præter opinionem repente orta, suo quisque impetu accurrat, & vulnerat, nec discerni potest, à quo vulnus lethale, quo obiit mortuus, inflixerit, omnes sunt irregulares, si omnes dubitant, an vulnus illud lethale infixerint. Sic decisum videtur in *c. significasti, de homic. §. 6. Ad audientiam eod. vbi,* qui percussit, & dubitabat an suo vulnere mortem attulisset, censetur irregularis.

Si quis autem certò credit, vulnus lethiferum à se inflictum non esse, nec alteri occidenti cooperatum esse, immanis ab irregularitate erit. Suadent qui dem aliqui, ut se pro irregulari gerat, eo quod tutius hoc sit, non tamen homicidium, & irregularitatis reum facere audent. *Glo. in c. Quisquam dist. 42. specul. tit. De dispens. §. iuxta. n. 5. Ost. in tit. de homic. Covar. in Clem. si furiosus par. 2. §. n. 5. affens summa par. 2. l. 6. tit. 14. ar. 4. q. 3. Pluvius de irr. g. Regula. 28. Henric. l. 14. c. 14 §. 3. B. nec Disp. 7. q. 4. pun. 8. sayrus l. 7. c. 4. n. 13. Suar. disp. 45. sect. 3. n. 9.*

*Silu. v. Homicidium §. 1. 2. Nec ratio deest.*

Cum enim non ab arbitrio, nec ingeniosis illationibus sed solo iure irregularitatis nota dependeat, hoc deficiente non est in dubio quisquam irregularis iudicandus.

Dices omnes cooperati sunt, licet disparate modo, omnes igitur irregularitatem contraxerunt. *R.* à solâ cooperatione non possumus irregularitatem colligere, sed illa tantum, de quâ constat, efficacem fuisse. Quod quia in nostro casu non reperitur, absolvimus hominem ab irregularitate.

*Tertio.* Cum plures simul aliquem percusserunt, illeque mortuus est ex illis vulneribus, per vis nullû lethale esset. omnes simul homicidæ & irregulares sunt. Reverta enim singuli ut causæ partiales ad eam occisionem cooperati sunt. Nec aliud quicquam desideratur, quo minus homicidii rei censeantur. *Covar. to. cit. & sayrus Avila lo. cit. dub. 3. Tolet. l. 1. c. 79. n. 14. Mol. disp. 33. Memb. 1. & 7. Henr. l. cit. Bibalin. c. 4. Consect. 8. Fill. Tr. 20. c. 4. n. 10.*

*Quarto.* Tres simul totidem sagittas aut lapides projiciunt, nulla malitia, sed levitate quadam commoti, & cuius, de quo non constat, ictu quidam interfectus est suntne irregulares. *R.* nullum ex illis irregularem esse, quamdiu incertum est, cuius, aut quorum percussione interierit. Nulla enim, ut supponimus, ex dolosa conventionem mutua cooperatio fuit, nec intentio quemq; lædendi. Imo si unus illorum fuerat, absque dolo & malitiâ projectione, condemnari nec posset de homicidio, & cõiuncta illi nota irregularitatis

Bonac. 10. cit. puncto 8 n. 29. Avila Dub. 3.  
Gibalin. c. 4. Consecratio 8.

*De homicidio iusto.*

I. Irregularitas ex cæde & mutilatione iusta, utriusque statui clericorum, & laicorum communis, provenire dicitur ex defectu lenitatis, ac mansuetudinis Christi. Indecens enim videtur tali detestati Ecclesiæ ministros laborare. *Primo* quia eliguntur ad altaris ministerium, in quo representatur mors Christi, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est, & cum pateretur non comminabatur.

*Secundo*, quia illis committitur novæ legis ministerium, in qua nulla nec occisionis, nec mutilationis pœna locum habet.

*Tertio* quia illis potissimum conveniens & necessaria mansuetudo, ut hominum animos ad bonitatem, & dilectionem mutuam invitent.

*Quarto* denique quia novæ legis ministri sunt ministri unionis, & vivificationis. Tale enim est altaris sacramentum. Qui verò occidit, non representat Sacramentum unionis, & vivificationis. Ita ex alensi S. Thom. in 4. dist. 25. q. 2. Tabiena *V. Irregularitas n. 1.*

II. Quicumque hominem occidit voluntariè etiam sine peccato, irregularis est c. 1. de homicid. Nec promoveri ad sacros ordines potest, & si promotus est, deponi debet, c. siut dignum eod. gloss. & DD. communiter. Nec interest, paganum aut Christianum interimat, iuxta c. 5. dist. 50. ubi Nicolaus Papa. Clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem pro-

veni, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Ex quibus verbis colligimus, non qualitatem occisi hominis, sed ipsius occisionis substantiam attendi, cum de irregularitate agitur.

Dixi *Voluntariè seu sponte*, ut distinguerem ab homicidio casuali, & defensivo, quod vitæ propriæ, aut bonorum conservandorum causa committitur, de quo infra latius. Clem. Furiosus de homic. S. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 7. Panorm. c. si aliquis de homic. c. significasti eod. Navar. c. 27. n. 318. Jayru. l. 6. c. 15. Toletus l. 1. c. 76. n. 1. Fernandez c. 10. §. 14. Tabiena num. 1. Catancus in V. Irregul.

Iudex, Iudicis assessor, accusator, denunciator, testis, tabellio, in causa sanguinis, item qui torquendo exprimit confessionem rei, qui dictat, scribit, signat, publicat pro pœna sanguinis scriptas, huiusmodi similes irregularitatem incurrunt ex defectu lenitatis, c. aliquantos. dist. 5. c. sententiam. Ne clerici vel monachi. Antonii. 3. par. tit. 23. c. 2. Avila par. 7. disp. 5. S. 2. dub. 1. Henric. l. 14. c. 12. Nau. c. 27. n. 212. Tolet. l. 1. c. 75. n. 5. Fernandez. c. 10. §. 14. Em. Sa. V. Irreg. ex deform. suar. disp. 47. sect. 1. n. 1. Fill. Tract. 19. c. 9. n. 239. Gibalin. c. 4. Consecratio. Escobar Tr. 4. Exam. 6. §. 6. Zecus casu v. limita in ijs, qui non nisi temerè concurrunt ad executionem, occisionem, aut mutilationem. Neque enim irregulares sunt opifices, qui fuream, scalam, fanem, ense, aliave mortis instrumenta conficiunt, sed qui funem pro suspendendo fure adferunt, scalam applicant, gladium carnifici in manus tradunt ligna ad comburendos hærat. & propter Indulgentias lucrandas adferunt, c. Tria nos De homic. & ibid.

et ibid. Deo. Hinc merito ridet *fortis l. 5. q. 3. ar. 9.* Confessarium illum, qui reum deducens, cum asinum, quo is vehebatur, pupugisset, irregularem se esse existimabat. Non enim remota, nec exigua cooperatio cum effectu producit, ut si confessarius reo dicat, progredere. *V. Laym. l. 3. Tr. 3. Par. 3. c. 7. n. 2. Tabiena V. Irregularitas n. 3. alvar. Pelag. l. 1. ar. 48.*

IV. Advocatus in causa sanguinis, si mors inde vel mutilatio sequatur, irregularis efficitur. Actio enim ipsius validum & proximum effectum in permovendo Iudicem, & formandam mortis sententiam habet: idque tunc maxime, cum contra reum accusatori assistit. Quod si pro reo agat contra accusatorem, & accusatio iusta est, quis non obtineat finem suum. Sed reus condemnatur, non est per se irregularis, quia per accidens putat, ratione impetita evenire potest, ut causam amittat. Si vero iniusta accusatio sit & reo absolute accusator mutiletur, non erit immunis ab irregularitate advocatus, qui ad eam mutilationem cooperatus est.

Limita nisi innocens in extrema necessitate esset, nec aliter, quam ab advocato eripi posset. Tunc enim facta protestatione excusabitur.

*Reginald. l. 30. Tract. 2. num. 133. Covar. Clem. si furiosus Par. 2. S. 5. Filliur. tract. 19. c. 9. n. 257. Tabiena V. Irregularitas num. 5.*

V. Prælati Ecclesiastici habentes iurisdictionem temporalem, quamvis sententiam mortis nec dictare, nec dictanti assistere aut cooperari possint absque nota irregularitatis contrahenda, possunt tamen leges pœnales de morte ac mutilatione proponere, item præfectis suis com-

mittere licentia etiam in particulari formandi iudicium, & puniendi reos ex præscripto legum. *c. vlt. Ne clerici vel Monach; in 6. Gloss. in c. clericis eod. V. Nec iudicent. abb. n. 12. ibid. silv. V. Homicida 3. q. 7. Antonin. par. 3. tr. 28. c. 2. ante §. 1. Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 7. Mol. Tract. 3. disp. 8. num. 2. Avila sect. 2. dub. 4. Henric. l. 14. c. 12. num. 6. Laym. lo. cit. n. 4. Reginald. l. 30. Tr. 2. c. 11. Bern. Diaz. in Pract. & Salzedo ibid. c. 100. Tabiena. n. 4. Virianus in c. Episcopus. Ne cler. vel monach; Covar. l. cit. §. 5. num. 8 & l. 2. Variar. c. 20. num. 10. ubi cum explicasset Canonem, Pro humani redemptione De homic. in 6. quo excommunicatio, & depositio statuitur contra eos, qui per assassinos aliquem occidunt; subdit, mirum non esse, contra laicos ita statuisse, quandoquidem licet pronuntiatione, & iudiciali sententia princeps Ecclesiasticus mortis pœnam non inferat, c. Per venerabilem. Qui filij sint legit. Legem tamen statuendo eam potest infligere, ut Baldus notat. in c. 2. De maior. & obed. cui accidit 10. Bern. in Basil. c. 100. quo in loco addit, posse clericum absque metu irregularitatis consulere principi, ut pro certo genere criminis pœnam mortis statuat. Cui legi condendæ clericus aut Prælati suffragium exhibens, licet postea ex lege ipsa aliquis occidatur, irregularis non est. Quod etiam Domin. scribit in c. vlt. dist. 3. post Archidiacon. in c. Officia 23. Q. 5. Bald. in Auth. Habita, c. Ne sit pro Patre. Anan. in c. ad audientiam. Deo homic. Coninck. disp. 18.*

VI. Simili modo ab irregularitatis metu securi sunt Inquisitiones hæreticæ pravitatis; Nam teste *Diar. l. cit.* quisquis sine Cardinalis, aut sacerdos, qui in-

terfuerit sacris Inquisitorum congregationibus, in quibus tractatur de aliquo delicto, iam in iudicium deducto, in quo poena sanguinis imponenda est, consulendo, aut suffragium præstando nullam irregularitatem incurrit ex summi præsidis indulgentia propter fidei favorem, Ita decrevit Paulus IV. Pontifex die 29. Apr. Anno 1557. ut refert *Judiciale Inquisitorum in 4. decreto. Sim. Maiolus De irreg. l. 2. c. 9. num. 8. Penna in direct. par. 2. Comment. 20.*

Non videtur tamen ius novum à Paulo IV. constitutum, sed vetus confirmatum & declaratum, quod in *c. ult. Ne clerici vel Monachi*, & alijs citatis *num. preced.* continetur. Nec apparet, cur indulgentia appellanda sit, iuris naturalis permissio, ex qua de criminis indignitate, & supplicio debito declarantur ea, quorum notitia, & reip. & singulis ad evitandum graviora mala necessaria est. Quo circa excusari etiam clerici possunt, qui de aliquo reo specialiter requisiti, an liceat illum denunciare, & condemnare, quod iuris est, generatim explicant, v. gr. Qui furtum commisit, secundum leges, suspendium meretur: qui Virginem defloravit, eandem dotare tenetur: & sic in alijs, id solum docendo, quod in ipso Corpore iuris continetur, quemadmodum in suggestu Magistri solent. At, *inquis*, mortis supplicium sequeretur, idque satis prævidet talis Magister. Esto, non tamen intendit, nec impellit Iudicem ad sententiam, & executionem. *Glo. c. Ex literis de excess. Præl. Tabiena, n. 4. Let. Zecus casu 1. Fill. tr. 19. c. 9. n. 248. Mol. tr. 3. D. 74.*

VII. Quicumque vel laicus vel clericus

in rebus suis, aut suorum damnum iuste patitur, auctorem damni accusare, vel denunciare Magistratui potest, eundem in custodia tenere tradendum postea: adeoque actionem instituere, cum præmissa protestatione, vera vel ficta, se vindictam aut sanguinis poenam non postulare, ut dixi *Tit. 3. §. 2. d. 6. Sumitur ex c. Prælatis de homic. in 6. ubi ratio assignatur.* Alioqui si prælati, aut clerici propter metum huiusmodi quia Iudex ad poenam sanguinis posset præcedere, de suis malefacte rebus taliter conquei non auderent, daretur peris que materia trucidandi eodem, & eorum bona liberè de prædandi. Si ergo iniuria passi clerici vel laici conquei de iniuria, hoc est, denunciare, vel accusare possunt, poterunt etiam ad eundem finem reos capere, detinere & Iudici tradere: ne cui permissus finis est, media denegentur, *Mol. cit. Si excedit p. 47. s. 2. Laym. l. 3. tr. 3. par. 3. c. 7. n. 5. Tabiena, v. l. reg. 3. n. 8. Gibal. c. 4. Fill. Tr. 19. c. 9. n. 248. Dixi. Si in suis vel suorum rebus damnus patitur.* Quid autem nomine suorum comprehendatur, alijs anxie discutendum relinquo, contentus rudi quadam Mineruâ per suos intelligere, sanguine, afinitate, familiaritate, aut amicitia coniunctos, ut illorum iniuria per qualemcunque consequentiam ipsum denunciatio aut conqueientem contingere videatur, *Antonin. Par. 3. tr. 4. c. 3. §. 2. Covar. lo. cit. n. 4. Avila dub. 11. cenl. 2. Mol. n. 8. Suarez. n. 11. Jul. clarus §. Homicidium n. 27. l. c. 9. D. 13. Gibalinus de irreg. c. 4. Consecraria 7.*

VIII. Inter accusationem in causa propria, & accusationem in causa aliena suo-  
rum

rum triplex differentia est. *Prima*. In propria causa accusare licet facta protestatione, sive alio modo recuperate queat, res suas, sive non: in causa aliena non nisi in defectu alterius medii. *Secunda*. In causa propria accusans ab irregularitate liber est, non tantum, quando tenetur, sed etiam quando licite potest accusare: in aliena vero tantum, quando obligatur. *Tertia* in causa propria sufficit periculum illatum, in aliena requiritur etiam, ut imminet periculum certi nocementi. *Suar. disp. 47. Sect. 2. nu. 16. Filliut. Tract. 10. c. 9. nu. 250. Gibalinus c. 4. Difficul. 12. pag. 283.*

*IX.* In casu, quo nihil damni illatum, sed ne inferatur, proximus, & gravis metus est, si alio medio occurrere non possit, uni cuique non tantum sui, sed multo magis reip. causa reum accusare licet, absque omni nota irregularitatis. Neque enim pro opere, vel actu, quem sine peccato committere nequeas ulla ullibi constituta irregularitas est. Iam vero malefactorum iudici corrigendum tradere, cum alia via avertere malum non possumus. Charitas imperat. Quam abrem nec protestatione opus erit, quando quidem nullius irregularitatis periculum est. *Mol. Tract. 2. Disp. 109. & Tract. 3. Disp. 8. Avila Dub. 11. Concl. 3. Em. Sa. V. Irregularitas ex de form. licita.*

Ex quibus inferitur, non esse obnoxium irregularitatis periculo. 1. eum, qui ut e manibus furum proximi sua bona eripiat, vicinos inclamat, quamvis inde sequatur comprehensio, & punitio furum. 2. qui simili modo iniustum aggressorem prodit, & puniendum exponit. 3. qui in necessitate infantem aqua frigida baptizat, unde mors ipsi acceleratur. *Æc enim, & si*

milia omnia cum necessitas, tum Charitatis obligatio excusat. *Vgolinus c. 14. §. 1. n. 7. Sayrus l. 6. c. 17. n. 14. Gibalin c. 4. pag. 226.* Dices non videtur excusari ab irregularitate posse, qui prævitet certò securitatem mortem, si clamore suo excitati vicini furem aggrediantur. *R.* Communis ferè DD. sensus est, qui pro bonorum suorum conservatione tali periculo exponit furem, irregularem fieri. Videtur tamen excusari posse. *Primò* namque non contrahit irregularitatem, quasi ex homicidio casuali culpabili, cum nihil peccarit inclamando, & prodendo furem. *Deinde* nec ut ex homicidio inculpato quidem, sed cum defectu lenitatis commisso, quia nullo modo intendit occisionem furis; imò conservatum omnimodè desiderat. Idem probabiliter dici potest in casu quo non de suis, sed etiam alienis bonis non modici pretii agatur. *Abb. in c. Significasti. De homic. Covar. in Clem. si furiosus §. 5. num. 3. Avila P. 7. D. 5. S. 2. Dub. 15. Layman l. 3. Tr. 3. Par. 2. c. 7. num. 6. §. sed qui si aliquis.*

*De homicidio necessario.*

**I.** Homicidium necessarium voco, quod ex necessitate ad evitandam mortem propriam, aut aliud grave damnum committitur. Defensionem namque non permittit tantum, sed imperat quoque natura. *l. Vim vi repellere. ff. de iust. & iure. c. ius natur. D. 1.* Est autem triplex defensio. *Vna* vitæ propriæ, cum qui in valorem occidit, ne ipse occidatur. *Alteræ*, vitæ proximi, qua proximus ut servetur, hostis è medio tollitur. *Tertia* bonorum temporalium, quæ rapere volentes cum

pp aliter



aliter impedire non possumus, interfici-  
mus. *Less. c. 8. dub. 9.* De primâ defen-  
sione (vix nimirum propriè) loquens  
*Glossa in c. de his dist. 50.* duplicem facit.  
Vna est inevitabilis, quando nimirum al-  
io nullo modo vitam suam conservare  
quis potest. Altera evitabilis, quando tue-  
ri vitam suam homo alio modo posset,  
sed eo modo neglecto, ut tutius, & secu-  
rius agat, in valorem occidit. Iam qui  
priori modo in necessitate simpliciter  
inevitabili hostem suum occidit, cum  
moderamine inculpata tutelæ agere di-  
citur: Cui verò alius modus servandi vi-  
tam suppetit, si aggressorem suum interi-  
mat, absque moderamine inculpata tute-  
læ se se defendisse censetur. *l. scientiam. §.*  
*qui cum alio ff. ad l. Aquil. Tol. l. 1. c. 70.*  
*Fernandez. c. 10. §. 14. nu. 9. Suarez Disp.*  
*46. sect. 1.*

NOTA ad moderamen inculpata tute-  
læ pertinet 1. ut in vasus pugno, aut bacil-  
lo non resistat gladio, vel hasta, nisi ad  
hoc necessitate compellatur per defectû  
alterius instrumenti. 2. ut fiat in continen-  
ti, & non ex intervallo. 3. ut fiat causa de-  
fensionis, non autem vindictæ. Quoad  
primum tamen non potest certus modus  
præscribi, quia subinde plus pugno ag-  
gressor poterit, quam defendens enle.  
Quoad secundum, si vis inferatur ipsi per-  
sonæ, potest in continenti percutere, &  
prævenire percussurum, ut evadat: modò  
certa inditia sint futuræ iniuriæ. Si non  
personæ, sed rebus, seu bonis inferatur  
vis, de iniuria & damno apud Magistra-  
tum agi debet, quando spes est auxilij. Sin-  
minus pro illorum conservacione etiam  
aggressor lædi potest, ut infra dicitur. *Glo.*  
*ff. ad leg. Aquil. Silo. V. Bellum §. 2. n. 3. Ar-*  
*millain V. defensio n. 2.*

II. Qui propter vitæ suæ necessariâ de-  
fensionem occidit alium, non peccat, nec  
contrahit irregularitatem. *Clem. un. de ho-*  
*mie.* Qui mortem aliter vitæ non valens,  
suum occidit, vel mutilat in valorem, ex  
hoc nullam incurrit irregularitatem. Quæ  
Constitutio quoad peccatum non patit  
novum ius, sed id, quod à Natura ipsa ha-  
bemus, commemorat, teste *Glossa, & alii*  
*DD. communiter.* Quoad irregularitatem  
verò, quæ etiam ab opere non malo pro-  
venire potest, olim ante *S. Thom.* ætatem,  
ut *Caramuel* refert in *Theol. fundam. nu.*  
*800.* aliter servabatur: & qui se defen-  
dendo alium occiderat, irregularis habe-  
batur defectu lenitatis, teste *Innoc. in c. ad*  
*audientiam de homic. & c. 2. de cleric. pug-*  
*nante in duello.* At postmodum per *Ciri-*  
*Clement.* decisum est, irregularitatem ex  
necessaria sui defensione non oriri. *S. Th.*  
*2. 2. q. 64. ar. 7. Barb. in c. cit. cum aliis mul-*  
*tis quos allegat.* Vnde sequitur, non esse  
hic inter laicos, clericos, & regulares dis-  
crimen faciendum. Omnibus eadem Na-  
turæ lex favet, ut tam suum, quam proxi-  
mi sui & reip. hostem aggressoremq; in-  
iustum impunè liceat interimere. *c. ius nu.*  
*in. dist. 1. Covar. in Clem. cit. Par. 3. §. un.*  
*nu. 5. Silo. V. Bellum §. 3. q. 2. Mol. Tract. 2.*  
*disp. 109. Avila disp. 5. Sect. 3. dub. 5. Nav.*  
*c. 15. nu. 2. & c. 27. n. 213. Armilla. V. Irre-*  
*gul. n. 13. Tabiena. nu. 41. Tholos. l. 36. Syn-*  
*tagm. c. 21.*

DICES 1. Esto liceat occidere iniustum  
in valorem, & non ad sit culpa, adest ta-  
men defectus lenitatis, contra Christi ex-  
emplum, & doctrinam.

R. Non potest defectus lenitatis cen-  
seri quando nullus occurrit modus aliter  
servandi vitam suam. Tunc enim Chari-

raspietas, vel iustitia per se, & simpliciter  
calem defensionem exiger. In ò non leni-  
tas, sed ignavia est, non resistere homini-  
bus improbis, & ad iniuriã paratis, quem-  
admodum in. c. 2. de homic. in 6. intinua-  
tur. Datur enim materia plerisque aggre-  
dendi alios, eorumque bona diripiendi.  
*Suar. V. disp. 46 Sect. 1.*

Dices 2. In *Conc. Trid. Sess. 14. c. 7.* re-  
mittitur ad episcopum pro dispensatio-  
ne, qui nõ ex proposito, sed casu, aut vim  
vi repellendo aliquem occidit, quod sig-  
num est irregularitatem contraxisse.

R. Concilium de eo loqui, qui cum a-  
liqua culpa vim vi repulit, ex declarationi-  
bus Cardinalium num. 3. Quod plurimum  
DD. testimoniis confirmat. *Barbos. in c.*  
*61. n. 12.*

III. Ab eodem *Barb.* non nno modo  
ampliatu præcedens assertio. Et quidem  
1. in eo, qui ad defensionem suam occidit  
aliquem præveniendo & non expectan-  
do, dum ab ipso feriatur. *Soto l. 5. q. 1. art.*  
*8. Navar. c. 15. n. 3. de Graff. l. 2. c. 65. nu. 6.*  
*& 7. Vivald. de irreg. nu. 115. Sayrus l. 6. c.*  
*17. nu. 8. Avila Par. 7. disp. 5. Sect. 3. dub. 2.*  
*Farinac. Par. 3. q. 92. nu. 476. Chapeaville*  
*de cas. reserv. p. 128. 2. in eo, qui occidit,*  
quamvis in periculo mortis non sit con-  
stitutus, dummodò existat in periculo  
mutilationis alicuius membri. *Silv. V. Ho-*  
*miciidum §. 3. n. 3. Navar. c. 27. n. 211. Sayr.*  
*lo cit. n. 3. & 4. Suarez disp. 46. Sect. 2. nu.*  
*6.* ubi reprobat *Maolom Plovium &*  
*Villadiego* contrarium tenentes: subditq;  
idem videri dicendum, licet non timeat  
mutilatio, aut lethale vulnus, sed im-  
mineat periculum gravis percussiois in  
notabili læsione, vel infamia, cuiusmodi

est in alapa, percussione vlrge, vel arun-  
dinis: quia in his omnibus est eadem for-  
malis ratio excusationis, videlicet necessi-  
tas, & innocentia. Nec ratio talis læsio, aut  
contumelia plurius æstimatur, quàm unius  
membri abscissio. 3. in eo qui ad defen-  
sionem sui occidit alium mala intentio-  
ne, puta ex odio. Odium enim cordis fa-  
cere non potest, ut irregularitatem incur-  
rat is, qui in valorem iniustum pro vita sua  
occidit, esto, commaculet illum peccato.  
*Covarr. hic Par. 2. §. 5. nu. 2. Sayr. l. cit. nu.*  
*12. Avila Sect. 3. dub. 1. Farinac. num. 478.*  
Rationem *Gibalinus* addit, quia a cõto exo-  
terior, ob quam solam contrahitur irre-  
gularitas est coacta, ac proinde non vio-  
lat lenitatem, esto inficiatur intentione  
contraria lenitati: illa tamen intentio  
non attenditur, sed actus externus tan-  
tùm, à quo si non abest lenitas non facit  
irregularem, quicumque sit tandem ani-  
mus ipsum exercentis. 4. in eo, qui occi-  
dit innocentem, cum aliter evadere non  
potest, puta, phreneticum, vel amen-  
tem à quo invaditur. *Tanner. D. 4. q. 8.*  
*num. 64. Farinac. numer. 481. Corduba*  
*l. 1. q. 38. §. Vt semel. Petr. Navar. l. 2. c. 3. n.*  
*347. Sayrus in clavi l. 7. c. 10. nu. 23. & l. 3.*  
*thesaur. c. 17. nu. 6.* Revera enim licet talis  
invasor utpote mentis inops non peccat  
aggressionem suam, me tamen ad necessita-  
tatem tuendam vitæ redigit: cumque inno-  
cens sim non minus ille, teneor meam  
potius, quam illius vitam defendere. Ita  
*Gibalinus c. 4. Dist. 11. p. 229. §.* in eo,  
qui pro defensione sui proximi occidit  
injustu invasore, præsertim si probis læ-  
celsus fuerit illorũ aliquis, quos quis de-  
fendere nõ tantu ex charitate, sed etiã iustitia

tenetur. *Covar. hic Par. 3. §. un. nu. 5. Pet. Nav. l. 2. c. 3. de Graff. l. 2. c. 65. Vivald. de irreg. nu. 228. Snar. Disp. 46. Sect. 3. Sayr. l. cit. n. 21. 6. in eo, qui advocat socium pro defendenda vita sua, à quo deinde aggressor occiditur. Sicut enim per seipsum occidendo non incurrit irregularitatem, ita nec per alium. Navarr. c. 27. numer. 212. Sayr. c. 17. numer. 14. Avila Sect. 3. dub. 1. Item Par. 7. Disp. 6. Sect. 2. dub. 5.*

In his igitur & similibus irregularitas, ne contrahatur, impedit necessitas, & inculpatae tutelae moderamen, hoc est, quando in defensione non maior vis adhibetur, quam opus sit ad iniuriam, & damnum averendum. Cuius rei quanta sit in opere ipso difficultas, is demum intelliget, qui passionum animi effrenes motus perspectos habet. Ira, ut ille canit, furor brevis est, ratio à furore procul. Sed praeter has ampliationes de plurius inquirendum est, ut videamus, an, & quousque defensionis libertas extendatur.

IV. Etiam pro defensione castitatis, ac pudicitiae aggressorem iniustum occidere licet absque metu Irregularitatis. De hoc quamvis dubitare videtur. *S. Aug. l. 1. de lib. arb. c. 5. communiter tamē admittunt DD. Virtus enim, & integritas tū famae, tum corporis inter praecipua hominis bona numerantur. Caietan. 22. q. 64. artic. 7. Covarr. 3. par. Relect. de homicidio. §. unico. Pet. Navar. l. cit. num. 345. & seq. Less. c. 9. Dub. 12. Gbalin. c. 4. Diff. 7. Coninck Disp. 18. dub. 9. nu. 89. Tanner. Disp. 4. q. 8. num. 68. qui nu. 79. extendit etiam ad proximi tueadam ca-*

stitem, & pudicitiam, quamvis iure suo cederet.

V. De honore, ac bono nomine idem plerique affirmant, quando aliter defendi, nec facile reparari possent. *Covar. l. cit. Soto l. 5. q. 1. art. 8. Salon, Arragon. PanneX in 22. q. 64. art. 7. Pet. Navar. l. cit. nu. 369. Silv. V. Excommunicatio 6. num. 6. & V. Homicidium. §. 2. num. 5. Tanner. l. cit. nu. 73. Coninck l. cit. n. 77. Gbalin. l. cit. Diffic. 4. Diana Par. 5. Resolut. 12. & seqq.*

Aliud iudicium de contumelia, alifque iniuriis verbalibus est: pro quibus, ut plurimum verbalis retorsio sufficit, vel auctoritate magistratus vindicantur. *Less. & Tanner. l. cit.*

At pono, non superesse medium conservandi honoris, praeterquam iniuriantis caedem, quid fiet? Pro conservacione bonorum temporalium occiso permittitur, pro conservacione honoris, & personae negabitur? *Navarr. c. 15. num. 3. cum iniuria maxima est honoris, aut personae, permittit ob rationem insinuatam. Siquidem recte quis potest ob rerum suarum custodiam alterum occidere. At honor pleris valet, quam fortunae bona, & iniuria personae maior est, quam fortunarum. Infert deinde, quod si ille, quem alius aggreditur, non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere: & si non potest vitare vulnus, aut aliam, quam sibi alius intentat, nisi ipsum occidendo, poterit occidere, etiam insequendo, & persequendo fugientem. Idem tradit cum aliis multis Barb. in Clem. si furiosus. de homic. Sed dubium est, an idē Clericis & religiosis licitum sit? Negat*

Tolent

*Toletus l. i. c. 80. num. 18. Antoninus verò 3. part. tit. 4. c. 3.* Saltem Religiosis illicitum putat, pro temporalium bonorum conseruatione quenquam occidere, quia inquit, non possunt habere proprium. Verum alii melius eodem iure censent Laicos & non Laicos, quoad defensionem vite, honorum, & bonorū. Etenim tue ri se suaque juris naturalis est, ut *num. 2.* ostendimus. Huic autem Juri neque regulares, neque Ecclesiastici unquam renunciârunt: quanquam illos decet ex charitate saltem abstinere quoad fieri potest, à pugnis, & cædibus, ne cuiquam dent offensionem. Necturpe sibi exiltiment, præsertim religiosi fugere potius, quam percutere, siquidem arma illorum non gladii, & clypei, sed preces, & jejunia sunt. *Jul. Clarus § de homic. num. 32. Lessius lit. num. 86. Siluest. V. Excomm. §. 6. num. 6. Casu 9. Barbosa cum aliis multis in c. susceptus de homicidio.*

VI. De bonis merè tēporalibus, & fortanz non eadem omnium opinio est. Nam *Gerson & Abuensis apud Salonem 22. q. 54. art. 7. Panormit. & Innoc. apud Siluest. V. homicidium 1. & V. Excomm. §. 6. num. 6. Casu 9. Covar. in Clem. un. de homic. 3. part. §. 1. num. 6. Layman. l. 3. tract. 3. c. 9. num. 3.* Negant pro solâ rerum temporalium conseruatione mortem inferri posse, quamvis in iusto inuasori. Idem *Scoto tribuitur in 4. dist. 15. q. 3. & S. August. l. 1. de lib. arb. c. 5.* Nominatim verò Clericis id prohibitum esse ex *c. susceptus citato. Barb. multis cum DD. colligit*: qui tamen post relationem illorum cum sententia magis receptâ definit, non esse censendum irregularem qui ad necessariam re- rum suarum conseruationem raptorem

occiderit. Nec video, quæ nos necessitas inducere queat ad negandum de bonis temporalibus, quod non negamus in defensione membrorum & honoris. Eadem sanè necessitas utrobique videtur reperiri, modo aliæ circumstantiæ adsint *ult. cum Dianus part. 4. tract. 2. Res. 4. Gibalinus demonstrat. c. 4. Diffic. 4. Chapiaville de casib. reserv. pag. 193.*

DICES. In *Clem. sapius citata* ab irregularitate tantum excusantur illi, qui vitam suam defendunt. Cum ergò universalissima Juris regula sit, omnem homicidâ voluntarium esse irregularem, & citata *Clementina* non excipiat, nisi propriæ vitæ defensores, reliqui omnes erunt irregulares.

Resp. In *Clem.* illâ nullum jus novum constitui, sed quod Juris naturalis est, adferri. Nec exceptio fit ab aliqua regula. Non enim Juris sed sed ignaræ mentis regula est, omnem homicidam voluntarium irregularem esse. Irregulares enim illi tantum censentur, quos nulla necessitas & iustitia tuetur, quemadmodum ex omnibus supra dictis liquet.

VII. Prædicta bonorum defensio non tantum in loco, & præsentia aggressoris, sed etiam in distanti fieri potest, ita ut fugientem insequi, & si alius modus non suppetat, jaculo, vel sclopo interficere liceat. Ratio, quia iniusta aggressio tamdiu durare censetur, quamdiu aggressor ea, quæ rapuit, sibi retinere nititur. Quia etiam si mora interposita, & res in domum illata sit, ingredi, & repetere (cum Judex deest, à quo auxilium petatur) licet, & resistentes vi repellere & si aliter recipi non possit, mortem quoque inferre detentoribus. *Bannez. Arragon. Valent.*

lent. in 22. lo. cit. Less. c. 9. Dub. 11. Silv. V. Ex-  
com. §. 6. num. 6. Petr. Navar. l. cit. num. 411.  
Gibalinus c. 4. Diffic. 14. Tanner. l. cit. n. 81. &  
82. Henric. l. 14. c. 10. Fernandez. c. 10. n. 16.  
Adde quod eadem DD. sentiunt etiam  
præveniri posse injustum inuasorem, si  
alius modus desit, & is actu sit in culpa  
seu proposito aggressionis injustæ: secus  
si adhuc innocens. Lessius tamen dub. 12.  
num. 82. Benè notat prædictam opinio-  
nem in praxi tutam non esse ob plurima  
mala, quæ inde metuenda.

VIII. Superest dubium, an qui occasio-  
nem, vel causam dedit, ut invaderetur, si  
defendendo se inuasorem occidat, irre-  
gularis sit. Ratio dubitandi est, quia causam  
rixæ præbens alium quasi aggreditur: hic  
inde jus acquirit defendendi se. Quo po-  
sito non potest censeri inuasor, nec im-  
punè occidi. E contra juri naturali omni-  
bus ad conservationem vitæ propriæ  
concesso, non renunciat is, qui quamvis  
culpabiliter alium excitat ad rixandum,  
vel pugnandum. Pro resolutione serviet  
distinctio. Auctor rixæ per culpam suam,  
eò redactus modò, ut pro inco munitate  
sua debeat alterum occidere, aut prævi-  
dere potuit, & debuit hoc homicidium  
futurum, aut non potuit. Si potuit, reve-  
ra peccat non tantum præbendo occasio-  
nem, & rixam alteri, sed etiam in defen-  
sione sua, & si occidat, irregularis est,  
quia homicidium illud non est merè ca-  
suale, aut necessarium, sed indirectè vo-  
luntarium, & in causa sua prævisum. Si  
autem non potuit, nec debuit prævidere  
secutura pugna & homicidium, dispicere  
oportet, an qui se læsum putat, inuasoris  
personam gerat, an potius defensoris.  
Si illud legitime occiditur, si hoc, neque

lædi neque occidi impunè potest, sed  
offerenda illi reconciliatio, & satisfactio  
est: & si non acceptet, fuga potius qua-  
renda salus, quam justus sui defensor oc-  
cisendus est. Suarez V. Disp. 46. Sess. 1.  
num. 12. Gibalin. c. 4. Consecrar. 4. Connick  
Disp. 18. Dub. 9. num. 74. Sayrus l. 6. c. 17.

IX. Jam quod militantes attinet, di-  
stingue bellum defensivum, & offensivum,  
deinde sequentes assertiones ca-  
pe.

Prima est. In bello merè defensivo pro  
salute patriæ, aut Ecclesiæ ex obligatione  
charitatis, vel pietatis militantes, non  
incurrunt irregularitatem, quamvis ho-  
stem solius defensionis causa mutilent,  
occidantur. Rationem supra dedimus,  
quia operibus ex charitate & pietate de-  
bitis non potest annexi irregularitas, ne  
à virtutum istius quo quisquam injustè ab-  
strahatur. Adde, quòd ubi virtus imperat,  
locum non habet defectus lenitatis,  
imò tunc ea deesset, quando per nostram  
indulgentiam hostium malitia cresceret.  
Unde Clerici quoque in gravi necessita-  
te militare possunt, quamvis ad id co-  
gendi non sint. Abb. in c. pervenit de im-  
mun. Eccles. Præfatus part. 2. c. 4. num. 56. Re-  
ginald. l. 21. num. 107. Sed obstare videtur  
c. peritio de homic. ubi Clericus pugnando  
etiam contra hostes fidei, si quinquam  
percussit, & de interfectione ipsius re-  
mordet conscientia, à ministerio altaris  
abstinere jubetur. Verum ex contextu,  
& scrupulo Pelagii presbyteri, qui à Pa-  
pa consilium expetit, videre est, non  
fuisse tam gravem necessitatem pugnandi.  
Aliàs non dubitare licet, quin Cleri-  
cis ob necessariam defensionem propriæ  
vitæ, personæ, patriæ armorum usus, &  
pugna

pugna absque irregularitatis metu per-  
mittatur, ut in *c. cit. Barb. ex DD. testimonio*  
demonstrat.

*Secunda Assertio.* Quicumque in bello  
injusto quaecumque auxilium ferunt,  
secuta morte, aut mutilatione unius aut  
plurium, irregulares sunt. *c. sicut dignum*  
*§. ult. de homic. & c. quod in dubio de penis*  
*pen. Gloss. & communiter DD.* Ratio quia  
in plurium concursu ad effectum damni  
alicujus, omnes reputantur velut una  
causa moralis, & contrahunt reatum.  
*Silv. V. Bellum. §. 3. num. 3. Navar. c. 27. num.*  
*216. Covarr. in Clem. cit. part. 2. §. 3. num. 2.*  
*Reginald. l. 21. num. 107. Avila part. 2. Diff.*  
*6. Sess. 3. Dub. 2.*

*Tertia Assertio.* Non minus irregula-  
res sunt, qui quenquam in bello offen-  
siva mutilant, vel interimunt: ex defectu  
quidem lenitatis, si bellum justum est; si  
verò injustum, ex delicto. *c. si quis Dist. 51.*  
At si in bello injusto absque mutila-  
tione, ac eade cooperentur occidenti-  
bus, animando, cohortando, præbendo  
arma &c. Clerici autem hoc ipso, quod  
arma sumperunt, in tali bello suspensio-  
nem incurrunt ab Episcopo inferendam.  
*c. Clerici 23. quest. 8.* Excipe constitutos  
in minoribus, qui vel nihil, vel leviter  
paccant militando. *Avila loco citat. §. Ex*  
*huc Amilla V. Bellum num. 33. Tanner. DD.*  
*410. num. 115. Layman. l. 2. tract. 3. c. 12. num.*  
*39. Pasceus part. 1. c. 1. pag. 21. Suarez. Diff.*  
*47. sect. 6. num. 9. Filkurt. tract. 19.*  
*§. 10. num. 253 & 264. Coninck*  
*Diff. 18. d. 12.*

\* \*  
\* \*

*De Homicidio fortuito.*

**I.** Homicidium aliud est in se vo-  
luntarium, aliud in alio. Hoc  
fortuitum, seu Casuale appellamus, & si  
contingat ita, ut in illud voluntas nec di-  
rectè nec indirectè feratur, non propriè  
homicidium (quod crimen sonat) sed  
occisio simplex dicitur. Teste *Jul. Claro*  
*§. Homicidium. Lesio c. 9. Dub. 15. num. 102.*  
Homicidii in alio voliti exemplum ha-  
bes in eo, qui fuste percutit puerum in  
capite non habita ratione debita mode-  
rationis. Cum enim illa pars hominis ob-  
noxia præ alia læsioni sit, vel omittenda,  
vel temperanda percussio erat. Illud ve-  
rò, quod omnino casuale, hoc est, nec  
directè, nec indirectè voluntarium,  
duobus modis contingit. Vel enim cau-  
sa non habet per se vim producendi ta-  
lem effectum, cum quo nulla illi conne-  
xio, ut si ex consueta venæ sectione pro-  
pter incuriam alterius mors sequatur;  
vel operans sufficientem cautivnem, &  
diligentiam adhibuit, ne quid damni ex  
sua actione nasceretur. Nec obstat, si in  
causa periculum latebat, quia hoc dili-  
gentiam aversum est.

**II.** Sufficiens causa Irregularitatis est  
homicidium indirectè seu in alio volitum.  
*c. ad audientiam c. significasti i. c. contineba-*  
*tur. c. de catero. de homic. & communiter*  
*DD.* Verè enim homicidium est, quod in  
alio, seu in causa præ videri, & caveri de-  
buit. Et potestas dispensandi Episcopi  
concessa non extenditur ad homicidium  
directè volitum, sed supponit in casuali ne-  
cessarià esse dispensationem indispen-  
sabilem  
autem

autem aliud nullum censetur respectu Episcopi, quam homicidium occultum per se intentum, & iniustum. *Nayar. l. 5. Consl. 39 de homic. edit. 2. Cajet. in Sum. V. Irregularitas. Armilla eodem Henric. l. 14. c. 17. num. 5. Avila Sect. 5. Dub. 1. Roder. Tom. 1. quæst. regular. q. 24. art. 8. Tolerus l. 1. c. 79. n. 11. & 12. Item c. 81. num. 6. Layman. l. 3. tract. 3. par. 3. c. 12. num. 4. Fernandez c. 10. §. 14. Filliut. tract. 20. Sect. 3. num. 53. Lessius c. 9. Dub. 15. num. 108. Em. Sa. V. Irregularitas ex illic. deform. num. 7.*

III. Qui operam dat rei illicitæ, ex qua per se, vel per accidens mors secuta est, quamvis, ne sequeretur, omnem diligentiam adhibuerit, irregularis est. Hanc esse communem sententiam asserit, *Toletus c. 71. num. 4. citans Silvestrum V. Homicidium §. 2. num. 2. ubi in confirmationem allegat c. suscepimus c. de catero c. tua & c. Sicut ex literarum de homic. Plures DD. pro eadem opinione Barb. adducit in c. cit. de catero. tradens simpliciter irregularem fieri, quamvis sufficientem adhibuerit diligentiam, ne sequatur homicidium. Verum opinio ista, licet pro communi laudetur, non parum difficilis est. Quomodo enim, ubi nullum voluntarium, adeoque nulla culpa est, irregularitas, quæ in poenam irrogatur, contrahi potest? Quocirca *Dom. Soto l. 5. de just. quæst. 1. art. 9. prædictam regulam, quam Silvester secundo loco posuit, nullibi in Jure expressam esse scribit, sed DD. è contrario sensu ex nonnullis capitibus, in quibus quidam ab irregularitate excusantur, quia operam rei licitæ dederant, colligere, irregulares fore, qui non licitæ rei operam dantes homicidio viam aperiunt. Sed haberi in Jure**

patet ex *c. is qui de homic. in 6. ubi declaratur irregularis, qui mandavit verberari aliquem, quamvis expressè monuerit mandatarium, ne fines mandati excederet: quia nimirum mandando fuit in culpa, & cogitare debuit, inde homicidium sequi posse. Hoc in verberatione illicita tantum valere ibidem Barb. monet. Velim ego hic, Toletus & qui cum illo faciunt, attentè considerent, an unicui hoc exemplum sufficiat ad regulam generalem, ut quicumque illicitæ rei dat operam, pro irregulari habeatur? Quin potius agnoscamus, & profiteamur in illis contrahi irregularitatem, de quibus à Jure expressum est. Sunt autem duo ejusmodi casus. Primus in *c. cit. is qui. de mandante injustam alterius verberationem. Secundus in c. tua nos de homic. ubi propter homicidium nullo modo voluntarium irregularitas irrogatur ex opere illicito, quamvis omnimoda diligentia ad præcavendum adhibita fuisset. Est autem sermo de usu artis chirurgicæ Clericis prohibito *c. sententiam. Ne Cler. vel Monach. Si quis tamen priori sententiæ adhærens regulam illius generalem præferendam putat, illam præscriptioni juris inniti non male dixerit. Verè enim in multis propter conscientie securitatem, & puritatem Canones in partem duriores inclinant. *c. ad audientiam de homic. Gabr. in 4. dist. 15. quæst. 14. art. 3. Filliut. l. c. num. 65.****

IV. Ex actione honesta, & licita, cum sufficiens adhibita diligentia est, quicumque infelix exitus sequatur, nulla irregularitas poenalis trahitur. *c. Dilectus cum tribus sequentibus. & c. ult. de homic. ubi cum quidam ex laqueari decidens extioctus esset,*

esset, quam presbyter conduxerat, & de imminente periculo tempestivè altaque voce præmonuerat, liber ab omni pœnâ, & irregularitate declaratur. Neque enim prævideri omnes Casus fortuiti possunt. Unde pro generali regula sumi posset in hac materia. Quando licita actio est, & ad vitandum mortis periculum sufficiens diligentia adhibita, nulla irregularitas nascitur. *Panorm. in c. 2. de homicid. Suarez Disp. 45. Sect. 5. num. 1. Tolet. l. 1. c. 81. num. 15. & num. 25.* Deficiente autem præcautione, & diligentia continuò incurritur. Tunc enim homicidium secutum aliquo modo voluntarium est, & imputatur ad culpam. Exempla vide.

1. Ludens cum Clerico quidam, eum in terram projecit, cultellus autem, quem gestabat Clericus, in projicientem incidens mortem attulit. Estne ideò irregularis Clericus? Minimè cum relicita operam dederit, & talem casum nulla diligentia providere potuerit. *c. Lator de homicid.*

2. Capellanus quidam valetudinis causa equitaturus, ut ferocientem equum domaret, vim freno intulit, & calcaribus stimulavit. Ille autem freno, & sessore excusso in mulierem puerum bajulantem incurrit, ipsumque puerum oppressit: nihilominus absolvitur in *c. significasti de homicid.* supponendo ignorasse equi ferociam, & ab omni culpa purum fuisse.

3. Presbyter quidam scenum ex curru dejecturus perticam colligatam superius solvit, excussi que: postea puerum juxta currum semivivum reperit, in quo præter livorem in fronte, nulla læsio apparuit, qui tamen mortuus est. Re intellecta à Pontifice, quem adiit presbyter, à

metu irregularitatis liberatus est, quod circum circa currum antequam projiceret, diligenter circumspexisset, & rem licitam agitaasset. *c. ex literis de homicid.*

4. Cum Monachus quidam campanam ex campanili deponeret, luxatum illo motu lignum decidit in caput pueri, & interfecit. Hoc si in eo loco factum est, ubi non solebant esse, aut præterire homines, nec aliqua fratris socordia intervenit, de irregularitate metuere non debet, ex eodem fundamento jam sæpiùs reposito. *c. ex liter. cit. ubi cum Barb. turbum de reperies.*

V. Vulgaris casus est de percutiente mulierem gravidam, unde fœtus in utero animatus perit: qui tamen eadem qua præcedentes determinatione expeditur. Actio enim per se periculosa est, & nisi levitate, aut ludicro percussione excusetur, absque dubio irregularitatem adfert. Illud verò controversitur, an simpliciter voluntarium sibi homicidium illud, ut *Cajetano videtur 22. quest. 64. art. ult. ad 2.* dummodò non intercedat ignorantia graviditatis, aut tam levis sit percussio, ut moraliter timeri non possit abortus. Non esse, communis aliqui sententia fert cum *S. Thoma*, cujus se interpretem profitetur *Cajetanus*. Nec absque ratione. Est enim actio illa multum remota, & incerta quoad effectum secutorum: adeoque non caulat nisi voluntarium indirectè, seu in causa. Et in advertentia actualis hic tantum operatur, quantum ignorantia ipsa: siquidem percutiens non attendit periculum, quasi propinquum, sed potius securitatem imaginatur. Sicut ergò ignorantia facit, ut homicidium casuale sit ex mente *Cajetani*,



jerani, ita etiam actualis inadvertentia. Imò licet animadvertat, periculum, sibi que persuadeat, non inesse, & conscientiam temerè deponat, adhuc non erit directè voluntarium. Erit autem, si advertat, & credat ex percussione sua secutum esse abortum, si hic re ipsa secutus fuerit. *V. Tabienam V. irregularitas num. 14. Suarez Disp. 44. sect. 2. a num. 3.*

V. Non multum dispar de adulteri defensione quaestio est, si maritum adulterae invasorem interimat. Irregularem pronunciat *Antonin part. 3. tit. 5. c. 8. §. 1. Navar. c. 27. num. 2, 8. & l. 5. Consil. 33. de homic. ed. 2. Gutierrez l. 2. c. 6. num. 43. Molin. tract. 3. Disp. 72. num. 5. E contra absolvit Sotus l. 5. quest. 1. art. 9. Henric. l. 14. c. 10. num. 3. Avila Disp. 3. Sect. 5. Dub. 3. Lessius c. 9. num. 105. Medio tutissimus ibis. Si temerè, & cum periculo futurae rixae adulterae se admiscuit, haud dubiè irregularis est, quia saltem indirectè causam dedit homicidii ex coacta necessitate consecuti: quemadmodum si indignis aliquem probris irritans, praevideas futurum, ut se gladio invadat: postmodum verò pro hac vita conservanda eundem interimas, simpliciter irregularis es: cum potuerit vitare eadem tacendo, & parcendo. Eiusdem notae est, quod aliqui movent. Utrum adulter irregularitatem contrahat, si maritus adulterio cognito uxorem interficiat? Nimirum adulteri explorandae progressio est, cautè an incautè egerit. Si temerè aggressus est facinus eaque media adhibuit, ex quibus nemo non metuere periculum posset, censetur sufficientem causam dedisse, homicidii, adeoque inhabilem ad divina munia esse. Si*

verò maritus non nisi improvviso, & extrinseco modo in noxiam facti devenit, non apparet ratio, ob quam irregularitatis condemnemus adulterum. In tali casu enim caedes illa nullo modo voluntaria esse potest, cum nec directè illam intenderit. *Avila part. 7. D. 5. Sect. 3. D. 3. Suarez Disp. 45. sect. 6. num. 5. & seqq. Escobar pag. 566. Navar. tam. c. 27. num. Prædictum adulterum dicit simpliciter irregularem esse, eamque opinionem fuisse à Pio V. approbatam. Quod si verum est, ex praesumptione manavit approbatio. Vir enim contingere solet, ut adulter, qui caeco amore raptatur, ita cautè procedat, quin se reum faciat omnium malorum ex adulterio provenientium. *V. Gotschedum l. 2. Amorum pag. 193.**

VI. Ex eadem Juris praesumptione fieri potest, ut aliquis ex culpa secundum conscientiam levi irregularitatem contrahat. Multum enim diversa fori externi, & interni censura est: hoc conjecturis ac verosimilibus, illud ipsa veritate nititur. Quam ob causam saepe non quod à parte rei sit, sed quod hic, & nunc ad evitanda mala quaedam necessarium, sequitur, & praescribit. *Comitol. l. 6. quest. 53. Tanner. Disp. 6. quest. 10. Dub. 11. num. 218. Aliàs pro incurrenda irregularitate regulariter requirimus culpam latam, sive dolum, nec ex Veniali peccato quoniam tanta magna poenae reum facimus. Igitur qui ad praevendum homicidii scelus non adhibet eam diligentiam, quam homines mediocriter capaces, & prudentes in suis rebus adhibere solent, excusari non potest ab homicidii saltem indirectè voluti reatu. Levis autem & levissima*

visissima negligentia ejus generis est, ut per se ad lethalem culpam minime sufficiat: adeoque irregularitatem, pro qua requiritur peccatum, inducere non solet. *lul. Clar. §. de homic. Sotus l. 5. quest. 1. art. 9. Salon. 22. quest. 64. art. 8. Suarez Disp. 5. Sect. 5. num. 7. & seq. Filliut. tract. 20. c. 3. num. 61. Vasq. 1. 2. Disp. 158. c. 1.* Qui contrariam sentiunt citati apud *Layman. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 10. num. 3.* nihil efficiunt. Vel enim Canonibus quibuldam malè intellectis, vel præsumptione se mutant, quam quia persuadere non possunt, merito deferuntur *V. Suar. l. cit. Dianam part. 2. tract. 16. Ref. 18.*

VII. Objicies fortè, quod Panormitanus in *c. questum de pœn. & remiss.* cum aliis quibuldam duplicem negligentiam facit, unam in omittendo, alteram in committendo, & ex hac quamvis levissima sequi irregularitatem, ex illa verò non sequi, eò quòd jus omissionem minus puniat, quam commissionem. *Rosella* inter tres Regulas, suo judicio verissimas secundam ponit. Dans operam rei licitæ in culpa etiam levissima in committendo tenetur de casu inde secuto. *c. Clerico jacente Dist. 50. c. presbyterum c. ad audientiam. de homicid. in c. jacente.* Quia ex jactu lapidis ab ipso projecto occisus est puer, committendo deliquit, eique imputatur mors etiam quòd irregularitatem. In *c. presbyterum* ab omni altaris ministerio removetur Sacerdos, qui puerum intuitu disciplinae percussit in capite, ex quo post paucos dies expiravit *lo c. audientiam* similiter Sacerdos, cui cultellus ex vagina elapsus vulneravit in dorso, unde creditur extinctus

famulus, in sacris Ordinibus non permittitur ministrare. Ita ferè *Rosella*, cui assonat *Tabiena*. Verùm ex omnibus istis non video, quo modo colligatur ex levissima culpa irregularitatem contrahi, nisi constet Clericos illos levissimam culpam admisisse. Non constare autem ex *c. ad audientiam* colligimus, ubi *Clemens. III.* de proposito casu dubitat, & semitam in dubiis tutorem, quam sequatur eligit. Insuper pro confirmatione oppositæ sententiæ multum facit *c. Later. de homicid.* ubi Pontifex declarat, non factum esse irregularem Clericum, qui lateri affixum gerens cultellum cum alio luctabatur, quamvis collosor super illum cadens esset vulneratus, & mortuus. Nam si levissima culpa ad irregularitatem sufficit, omninò condemnandus erat, qui lusurus cum alio non prius cultellum deposuit, cum res per se spectata non careret periculo. Adde *c. questum de pœnitent. & remiss.* ubi parentibus (Sacerdotibus Græcis) studiosè negligentibus filii reperiuntur in lectis oppressi, injungitur, ut à ministerio altaris abstineant. Quid opus erat addere studiosè negligentibus si quælibet levissima culpa sufficit? Igitur ad præsumptionem recurrendum est volentibus priorem opinionem defendere. *Dian. loco citat. Paludan. in 4. Dist. 25. quest. 3. num. 15. Suarez V. D. 45. Sect. 5. num. 6.*

VIII. Sed nihil interesse quibus iam videtur, an culpa, & qualis in homicidio interveniat? Hoc enim qualitercunq; ad actionem, vel omissionem Clerici aut Sacerdotis secuto abstinere

debet à ministerio altaris , nec ulterius promoveri potest, ex decreto *Conc. Trid. Sess. 14. c. 7.* donec causa plenè cognita dispensatio concedatur. Ita quidem *Majolus l. 5. c. 48. §. 3.* quasi umbros montium videns. Nam *Concil. Trident. loco citat.* non intendit constituere aliquid contra antiquum jus, nec ullam derogationis mentionem facit. Quando igitur pro homicidio casuali dispensationem requirit, vel potius supponit necessariam esse, loquitur de illo casuali homicidio, pro quo secundùm antiquos Canones dispensatio requiritur. Jura enim, quantum fieri potest, absque correctione & derogatione concilianda sunt. *c. Cum expediat. de elect. in 6.* Et sic declaratum à Congregatione Cardinalium esse scimus. Concilium ergò non constituit novam irregularitatem, quod debebat, si priorem veterum Canonum dispensationem non sufficere crederet.

*DICES.* Declaratoriam dispensationem tantummodò requiri, quæ irregularitatem non tollat, sed non esse contractam authenticè declaret. Concilium verò, quando affirmat, talem dispensationem debitam esse, pro majori securitate & certitudine exigere videtur.

*Resp.* Hujus commenti nullum est solidum fundamentum: cum dubitare nemo possit, Concilium de propria dispensatione loqui. Nam si de impropria & declaratoria tantùm agit, non diceret committendam esse auctoritatem Episcopis, qui per se habent potestatem faciendi in similibus casibus declarationem. Quin etiam ejusmodi declaratio à viro docto, & prudente fieri posset. Hinc colligas, si ex actione tua per se honesta, & licita,

nullaque interveniente vel minima negligentia, fortuitò homicidium sequatur, (quo in eventu nullam irregularitatem contahi Cardinal. Congregatio declarat in *c. cit. Concil. Trident.*) te obligatum non esse, ut abstineas à sacro ministerio usque ad dispensationem obtentam. Si verò dubites de innocentia tua, consulere virum doctum & prudentem posse, cujus resolutioni post accuratam totius negotii, & casus expositionem acquiescas *Filliut. tract. 20. c. 3. n. 63.*

*IX.* Irregularitatis ex homicidio casuali, de quo hæctenus, contractæ idem effecto, qui homicidii perfectè voluntarii sunt: nec aliter differunt, quàm quòd hujus dispensatio facilior est, quia in eo minor libertas & voluntarium imperfectum est. Quam ob causam olim mitiore pœna plectebatur, puta septem annorum pœnitentia, cum pro voluntario homicidio decem anni essent constituti Diaconis, 12. verò presbyteris, quindecim Episcopis. *c. si quis homicidium. c. ex verò Dist. 50.* Idispensatio igitur homicidii voluntarii nemini infra Summum Pontificem concessa est: imò nec Pontifex in illo, nisi in rarissimis casibus, & necessitate non vulgari dispensat. At in casuali homicidio, quod imperfectè voluntarium est, quando occultum, & non deductum ad forum contentiosum est, permittitur Episcopo causa cognita, & probatis precibus dispensare. *Laym. l. 3. tract. 3. part. 2. c. 12. n. 3. Suar. D. 45. S. 1. Sa. V. ex licita n. 7.* Ad casuale homicidium refertur commissum in sui defensionem, excedendo moderamen inculpatae tutelæ, aut etiam ex subita ira perpetratum. *Coninck. Disp. 180. Dub. 14. num. 111.*

Quæ

Quæ facultas extendi non debet ad alios Prælatos, qui iurisdictionem Episcopalem in aliis participant, cuiusmodi sunt Generalis ordinum, Abbates exempti, Provinciales, & similes. Nam ex Cardinalium declaratione, Episcopi nomen in citato Decreto propriè, & exclusivè accipitur. Si qui ergò Regularium de potestate dispensandi in homicidiis fortuitis gloriantur, ex specialibus privilegiis id doceant, necesse est. Mendicantes ex privilegio Sixti IV. habere testatur. *Suarus disp. 45. Sect. I. cir. fin.*

Martinus V. concessit Priori Monasterii S. Benedicti Vallisoleti potestatem dispensandi cum suis religiosis super omni irregularitate etiam in casibus Papæ reservatis, (in morte videlicet, membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) dummodò nihil horum sit notorium. Eam potestatem postea extensam, & communicatam fuisse omnibus Prioribus vel Abbatibus aliorum monasteriorum & visam à se sub sigillo authentico in Convento Vallisoleti testatur Collector Privilegiorum Mendicantium Ordinum, à *Roderico* laudatus *Tomo 1. q. 24. ar. 12.* qui insuper notat, dispensationem illam intelligi de quocunq; homicidio voluntario, vel casuali, directo, vel indirecto, dummodo iudicialiter non possit probari. Nec obstat, quod Sixtus IV. qui post Martinum V. fuit concessit facultatem dispensandi in homicidio casuali, excipiendo nominatim homicidium voluntarium, ut patet in *Compendio, V. Dispensatio §. 10. 12. & 13* quia prædicta exceptio & limitatio intelligitur, ut procedat solum de concessionibus factis ab eodem Sixto IV. & non extenditur ad alias factas

ab aliis Pontificibus. Nam si id voluisset Sixtus, utique expressisset. Et privilegium concessum nullo modo abrogatur, nisi de illo fiat specialis mentio & abrogatio.

Idem de *Conc. Trident.* dicendum est, in quo concessa est facultas Prælati ordinariis dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto provenientes excepto homicidio Voluntario. Nam hæc exceptio, solum procedit respectu illorum casuum, qui in eodem decreto conceduntur: non tamen procedit in casibus alias concessis: cum in prædicti Concilii Decreta nulla facta sit privilegiorum abrogatio. Ita *Rodericus l. cit.* supponens, quod plurimi negant, & à nobis dil. usum est. *Par. I. tr. 15. §. 12.* privilegia Regularium à *Conc. Trid.* non esse abrogata, exceptis, quæ adversantur Decretis Concilii irritantibus privilegia sibi adversa, cuiusmodi sunt, quæ habent clausulam. *Non obstantibus privilegiis in contrarium.* *Capuccinus* autem in additione ad §. 24. *Collectoris l. cit.* animadvertendum monet, de dispensatione homicidij voluntarij etiam occulti ob stare nunc. *Conc. Trident. Sess. 14. c. 7.* ubi dicitur, quod talis homicida nullo tempore ad sacros ordines promoveri queat. Sed de homicidio casuali non ob stare.

Quod attinet privilegia minima Societati nostræ concessa dispensandi in Irregularitatibus, si cui operæ præteritum videtur cognoscere, in Compendio privilegiorum. *V. Dispensatio num. 2. & seqq. reperiet.*

X. Denique *Laym. monet l. cit. n. 4.* illos, qui habent privilegium dispensandi super omni irregularitate, excepta digamia, &c. dispensare posse in irregularitatibus

tibus provenientibus ex homicidio indirecte vel imperfecte voluntario, & in eo, quod factum est causa defensionis cum moderatime inculpate tutelæ. Item in irregularitate, quæ nascitur ex homicidio iusto propter defectum perfectæ lenitatis, in milite, Iudice, accusatore, advocato, teste, & similibus. *Caiet. in Sum. V. Irregularitas. Henric. l. 14. c. 17. Roder. l. 9. 24. artic. 8. Reginald. l. 30. Tract. 2. num. 23. Sa. V. Ex deform. licita. num. 4. Esco. n. 150.*

Haecenus de Censuris & Irregularitatibus non omnia, quis enim præsumat? sed multa & potissima: nunc quasi peracta melle defectæ, vites domum revocant. Sed relicta in agro fugientesque aristæ ad spicilegium invitant. Dubius igitur, quæ neglecta videntur, expedimus.

## §. 16.

*Satisfit Dubiis de Irregularitate.*

**D**VBL. I. An summus Pontifex capax sit Irregularitas?

R. loquendo de Irregularitate proprie dicta, quatenus est impedimentum Canonicum à jure constitutum, non pertinere ad summum Pontificem, nec eo per quemcunque casum, etiam homicidii voluntarii implicari posse, quia non ille legibus ecclesiasticis, sed leges ipsi subsunt. Et quamvis diceremus illum, quoad vim directivam legibus subesse, adhuc ab Irregularitate quæ est coercitiva, immunis foret.

Dixi loquendo de Irregularitate proprie dicta, ut excluderem Impedimenta

naturalia, quæ à legibus non pendent. Si ergo aliqua corporis infirmitas, aut deformitas superveniat illi, prudentia, & charitate magistra sciet abstinere ab illis functionibus, quæ in oculos hominum incurrunt, & offendunt, iuxta doctrinam *S. Th. 3. par. 9. 83. art. 10. ad 3.* At ponamus, irregularem esse ante electionem, sive propter natales, sive propter bigamiæ, aut delictum aliquod, & nemini cognitum sit eiusmodi impedimentum. Facile apparet sic maculatum eligere non parum de decore Ecclesiæ dignitatem: si tamen eligatur, eo ipso desinit irregularitas, nec impugnari electio potest, propter scandalum, & Schisma inde oriturum. *c. Licet de elect. & c. Vbi periculum eod. in 6. ubi speculator & alii DD. Navarr. in Man. c. 27. n. 13. Bellar. l. 2. de Pont. c. 12. Avila Par. 2. disp. 1. dub. 7. & ex dictis Moscon. de Maest. Ecclesie l. 1. Par. 1. c. 1. fol. 26. Franc. Leo in thesam. eccles. Par. 1. c. 15. nu. 17. Suarez. V. disp. 14. Sect. 2. n. 19. Tolet. l. 1. c. 7. nu. 7. Fill. Tr. 19. c. 2. n. 53. Silv. V. Papa. n. 2. Armilla n. 9. Tholos. l. 15. c. 3. n. 21. Maiolus. l. 3. de Irregul. c. 4. Em. Sa. V. Papa. n. 2. Fill. Tr. 11. c. 5. num. 135.*

**D**VBL. 2. An pro Veniali culpa Pontifex irregularitatem infligere queat?

Non desunt, qui horum trium, suspensionis, interdicti, & irregularitatis pœnâ non ita gravem esse existiment, ut peccatû mortale requirant, sed veniale sufficere posse. Nam primò, quod suspensionem atinet, non videtur maior pœna, quam excommunicatio minor, pro qua tamen Venialis culpa sufficit. Deinde manifestius id videtur in interdicto & Irregularitate, cum etiam sine peccato contrahantur, uti constat in Iudice, qui iusto mortis

suppli-